

Deo. & de helena regina.	xvii.
De trāitu pauli in macedoniam.	xviii.
De conuersione atheniensium.	xviiii.
De conuersione sancti dyonisiij & libris ei⁹.	xcix.
De ultimo aduentu pauli in hierusalem & de uinculis eius.	c.
De multiplici calamitate iudeoz.	cj.
De seneca & libris ac flosculis moralibus.	cij.
Flores eiusdē de uirtutib⁹.	cij.
Adhuc de eodem.	cij.
Flores eiusdem de clemētia.	cv.
Flores ipsius de beneficijs.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxvi.
Flores eius de remedijs fortuitorum.	cxv.
Flores naturalium questionum eiusdem.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxv.
Flores declamatorum ei⁹.	cxv.
Flores tragediarū eius.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxv.
Flores epistolarum eiusdem.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxv.
Adhuc de eodem.	cxvii.
Adhuc de eodem.	cxvii.
De eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
Item de eodē.	cxix.
Adhuc de eodē.	cxix.
Item de eodē.	cxix.
Item de eodē.	cxix.
Adhuc de eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
Item de eodem.	cxix.
Item de eodē.	cxix.
Item de eodē.	cxix.
De eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
De eodem.	cxix.
De poetis illi⁹ tempis & flosculis per h⁹.	cxix.
Flores iuuenalis.	cxix.

I. De promotione claudij ad imperium.



Comestoz.

Ayo igitur cum esset rome & rediret a ludis circensibus cōsilio senatorum interfecto orza est in ciuitate dissensio inter curias & milites & populum. Curia dicebatur senatores & uiri consulares. Quia igitur uidebant senatores se uicium imperatorum & in cōmoda que inde contigerāt reipublice. uoluerūt penitus extirpare imperium ab urbe. & uoluerūt eam redigere ad antiquū statum in quo erat ante iulium cesarem. ut esset regimen ciuitatis in arbitrio consulū & senatorum. Contra milites & populus timentes auariciam senatorū & amātes donatiua imperatorum. constituerunt imperatōre claudium auunculum gay uirum mansuetum et pium. Tunc uenit herodes agrippa ad senatores ducens secum de nobilioribus qui erant in curia. simulans se fauere parti eorum cum haberet eos exosos propter mortem gay. Cōsuluūt ergo eis ut significaret claudius ne moueret scisma in ciuitate. sed desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerunt herodem ut pergeret cum eis ad claudium. Et profusus est se libenter fungi hac legatione. & missus est cum alijs ad claudium. Et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus. In aure autem dixit claudius ut non desisteret ab incepto. quia ipse satagez ut maior pars nobilium faueret parti ei⁹. Et renūciavit senatoribus qd nollet claudij desistere ab incepto. Et cepit eis persuadere ne contrarent quia non possent impedire. & allexit quosdam & tādē omnes. Et ita sine contradictione factus est claudius imperator. & persuasione herodis omnes occisi sunt qui consenserant in morte gay. & petijt herodes ab eo ut decretum gay de statua adoranda reuocaret in irritum. quia impium erat. & acquieuit ei. & precepit ut epistola reuocationis p singulas ciuitates iudee poneretur in loco eminenti ut uideretur ab omnibus. **Ex cronica.** Romanoꝝ igitur claudius quintus cepit anno domi xliii. mudi uero quarto millesimo. vi. Et imperauit annis sex. xliij.

II. De uita & moribus eiusdem. **Suetonius libro. v.**

Hic imperio stabilito. omnium factorum atq; dictorum in eum. ueniam & obliuionem in perpetuum sanxit ac prestitit. in semet augendo parcus & ciuilis. prenomine imperatoris abstinuit. nimios honores recusauit. In cognoscendo & decernendo mira uarietate animi fuit. modo circumspectus & sagax. interdum incōsultus & preceps. ac nonnunq; friuolus amenti similis. seuum & languarium natura fuisse magnis mimiisq; apparuit. appium fillanum confocerum suum iuliasq; neptes. alteram trusi alteram germanici fratris filiam. crimine incerto nec defensione ulla data occidit. Item gneum pompeium maioris filie uirum. & fillanum minoris sponsū. In. xxv. senatores trecentosq; equites. R. tanta facilitate animaduertit. ut cum de necē ipsorum renūciante centurione factum esse quod imperasset. negaret se quicq; imperasse nihilominus tamen rem cōprobaret. affirmantib⁹ libertis milites officio fūctos

q̄ ad ultionem impetratoris ultro p̄currissent. Ideo tormenta questionum penasq̄ parricidarum representabat exigebatq̄ coram quocunq̄ gladiatorio munere uel suo uel alieno. etiam pro ipsos iugulari iubebat. ut expirantium facies uideret. Festiarijs meridianis adeoq̄ delectabat. ut a p̄ia luce ad spectaculū descenderet. & meridie dimisso ad p̄adiū populo p̄federet. p̄terq̄ destinatos etiā leui subitaq̄ de causa quosdā ommitteret. sed nichil eque q̄ timidus & diffidens fuit. P̄imis imperii diebus neq̄ conuiuia inire ausus est. nisi spiculatorum lanceis circumstarēt. militesq̄ ministrorum vice fungerentur. neq̄ egrum quēq̄ uisitaui nisi explorato p̄ius cubiculo. calcitransq̄ & stragulis p̄tentatis & excussis. Reliquo autē tempore salutaribus p̄scrutacibus semper apposuit. etiam quidem omnibus & acerbissimos. quasdā insidias temere delatas adeo expauit. ut deponere imperium tēptauerit. quodam cum ferro circa sacrificantē se tēptauerit. senatum p̄ p̄cones p̄ se conuocauit. lacrimis & uociferatione miseratus est condictionē suā. cui nihil uisq̄ tui esset. ac diu publico abstinuit. nulla adeo suspitio. nullus t̄z leuis actor extitit. a quo non uel mediocri scrupulo iniecto ad cauendum ueliscendūq̄ compelleretur.

III. De eo dem. & forma ipsius.

Inter cetera in eo mirati sunt homines obliuionē & inconsiderationē. Occisa mesalina uxore paulo p̄q̄ in triclino decubuit cur domina non ueniret requisuit. Multos quos capite dānerat. postero statim die etiam in consilijs & ad alce ludū admoneri iussit. & q̄ motarentur ut sōniculosos p̄ nunciū incepuit. Ductur? contra phas fratris filiaz agrippiaz uxores non cessauit omni oratione filiam & alumnam & in gremio suo nataz atq̄ educatā p̄dicare. Sermo nis uero rerumq̄ tanta sepe negligentiam ostendit. ut nec quis. nec inter quos. quo ne tēpore aut loco uerba faceret scire aut cogitare existimaretur. Cibi uiniq̄ quocunq̄ & tēpore & loco appetitissimus fuit. conuiuia agitauit ampla & assidua. ac sepe patentissimis locis. ut p̄ter unq̄ sexcenti siml' discumberēt. nec temere unq̄ triclino abscessit nisi distentus ac madens. Conuiuie qui p̄die caphuz aureuz subripuisse existimabatur. reuocato in dies posterū. fictilē apposuit. Dicitur etiā meditatū edictum. quo ueniam daret flatum crepitūq̄ ueteris in conuiuio emittendi. cum periclitatū quē dān p̄ pudore ex continentia reperisset. Somnibzeuissimi erat. naz ante media noctem plerunq̄ euigilabat. ut tamē nonnunq̄ in iure dicendo obdormisset. uixq̄ ab aduocatis de industria uocem augescens excitaretur. auctoritas dignitasq̄ forme non desuit stanti uel sedenti ac p̄cipue qui escenti. naz & proluxo nec exili corpore erat & specie canicieq̄ pulchra. opimis ceruicibus. Ceterū & incedentes destituebant poplices minus firmi. Et remisse quid uel serio agentez multa debonestabāt risus indecens. ira turpior spumante rictu humentibus naribus. capite uero tum semper. tum in quantulocunq̄ actu uel maxime tremulo.

III. De iacobo zebedei. & hermogene mago. Comestor.

Quam autē uoluit herodes licentiam accipere a claudio & redire ad propria. tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiaz sci

21

licet iudeam. & sublimatus est rediens ad propria. Venit autē primo in iudeam. & honorifice suscepit a iudeis. quia in multis iuuauit eos. Et cū ipse esset dies azimorum uenit in hierusalem ante diem festum ut purificaretur & mundus interesset diei festo. Et ante dies azimorum occidit iacobum fratrem iohannis. de quo refert clemens alexandrinus quia cum detrusus esset in carcerē. nocte conuertit ad fidem custodē suū. & simul abo capite truncati sunt. **Ex gestis eius.** Hic itaq̄ iacobus apostolus cum omnes iudeam & samariā uisitaret per sinagogas ingrediens. & omnia que a p̄phetis p̄dicta sunt in christo impleta ostendens hermogenes magus philetum discipulum suum ad eum misit. Qui cum uenisset cum phariseis ad eum. conabatur asserere q̄ non esset uere dei filius. iacobus autē in spiritu sancto confidenter agens. omnes asserōnes eius euacuauit ostendens eis ex scripturis hunc esse uerum dei filium. Ille reuersus ad hermogenum dixit iacobū christi apostolū scias superari non posse. Nam in nomine christi uidi euz demones eicientē. cecos illuminātem. leprosos mundantē. omnes scripturas sanctas memoriter tenet. ex quibus ostendit non alterū eē dei filium nisi hunc quē iudei crucifixerunt. Veni ergo ad ipsum & postula tibi ab eo indulgentiam. Quod si non feceris scias me ad ipsum reuerti. & petre ut merear eius esse discipulus. audiens autē hermogenes hec repletus est zelo & uixit phileuz ita ut se mouere non posset. Dixitq̄ ei. Videbim? si iacobus tuus soluerit te ab his uinculis. Tunc philetus misit puerum suū ad iacobum. Qui euz nunciasset ei. ille sudarium suū misit philetō dicens accipiat eum & dicat. Dominus hiesus christus erigit elisos & ipse soluit compeditos. Statim autē ut d' sudario eius tetigit euz is qui artulerat. resolutus ē a uinculo magi. Et currēs uenit ad iacobū insultans maleficiis eius. Unde dolens magus. arte sua extitauit demones. quibus dixit. Ite & iacobum mihi adducite simul etiam & philetum ut uideam in eo. ne mihi ceteri discipuli mei taliter incipiant insultare.

V. De conuersione hermogenis & passione iacobi. **U**ententes igitur demones ubi iacobus orabat. uillare ceperunt in aera dicentes. Iacobe apostole dei miserere nostri quia anteq̄ ueniat tempus incendij nostri iam ardemus. Quibus ille. Quid uenistis ad me. at illi. Misit nos hermogenes ut te & philetum perduceremus ad ipsum. Mox autē ut ingressi sumus angelus domi sanctus. carheis igneis religauit nos & cruciamur. Dixit ei iacobus. In nomine patris & filij & spiritus sancti. exoluet uos angelus dñi. ita ut reuertentes ad hermogenum non euz ledatis sed uinctuz huc illuz perducatis. Qui cum abisset ligauerunt euz restibus a tergo manus. & ita adduxerunt eum. Cui dixit iacobus. Stultissime hominum quare non consideras quem rogasti ut mitteret angelos suos ad lesionē meam. Clamabant autē ad iacobuz demones. Timitte nos ut possimus & tuas iniurias vindicare & nostra incendia. ac ille. Ecce philetus ante uos stat. cur eum non tenetis. Dicunt illi. non possumus. neq̄ fornicam contingere. que in cubiculo tuo est. Tunc ait iacobus ad philetum ut discant homines iuxta scolam domini hiesu bona pro malis reddere. ille te ligauit tu euz solue. Quod euz fecisset. confusus & humilis her

mogenes cepit stare. Cui iacobus. vade liber ubi
voueris. Non est disciplina nostra ut inuitus aliquis
conuertatur. Qui ait. Ego noui iras demonum. ni
si dederis mihi aliquid quod mecum habeam tene-
bunt me. & diuersis penis interficiet. Accipe inq[ue]
baculum itineris mei. & cum eo p[er]ge securus quo
cunq[ue] volueris. Qui cum accepisset eum abiit &
posuit eum super ceruices suas. & discipulorum su-
orum zabernas plenas codicibus cepit ignibus cre-
mare. Deind[em] reuersus tenere cepit plantas aposto-
li. rogans eum & dicens. Animarum liberator ac-
cipe penitentem quem hactenus sustinisti inuidet[em]
& detrahentem. Cui apostolus. Si veram penitentiam
deo obtuleris. indulgentiam consequeris. Vade er-
go per domos eorum quos euertisti. ut per te reuo-
ces quos tu elidisti. Idolum quoq[ue] quod adorabas
confringe. & pecunias quas de malo opere acqui-
sisti in operibus bonis excede. In omnibus autem
obtempauit hermogenes. & ita cepit in timore dei
perfectus esse. ut etiam per eum fierent virtutes a
domino plurime. Post aliquantum vero tempus
abiathar pontifex vidit populum multum per do-
ctrinam iacobi in christum credidisse. per pecunias
excitauit seditiones grauissimas. ita ut vnus ex scri-
bis mitteret funem in collo eius. & produceret eum ad
procuratorium regis herodis. herodes autem filius arche-
lai regis iussit eum decollari. Cunq[ue] duceretur ad
decollationem. in via paraliticum iacentem ad se cla-
mantem sanauit. Tunc ille qui funem miserat in col-
lo eius & eum traxerat nomine iohannis. misit se ad
pedes eius dicens. Obsecro te ut des indulgentiam
michi. & participem me facias nominis sancti. cre-
do enim hiesum esse filium dei. Tunc abiathar pon-
tifex iussit os eius pignis cedi. & missa de eo rela-
tione ad herodem impetrauit. ut simul cum aposto-
lo decollaretur. Iacobus autem petita aqua baptiza-
uit eum. & sic vna hora simul cum ipso martir effe-
ctus preiit ad dominum.

VI. *De discipulis eius de apostoli. &
libello translationis eius de. Calixtus papa.*

Hic itaq[ue] beatus iacobus plures discipu-
los habuit. sed duodecim speciales. tres
in hierosolimitanis oris elegisse legitur.
Quorum hermogenes presul effectus. & philetus
archidiaconus. post eius passionem apud antiochia
multis miraculis decorati. sacra vita in domi-
no quiescunt. Et beatus iohannis herodis dapifer
vna cum ipso apostolo martirio laureatus est. no-
uem vero in galicia cum adhuc viueret apostolus
elegisse dicitur. Quorum septem alijs duobus in ga-
lilea predicandi causa remanentibus cum eo hiero-
solimis perrexerunt. eiusq[ue] corpus post passionem
in galiciam per mare portauerunt. De quibus be-
atus hieronimus in martirio suo scripsit sicut
a beato cromaco didicit quod sepulto in galicia beati
iacobi corpore. ab apostolis petro & paulo. iulius
episcopalis apud romam ordinantur. ad predicam-
dum dei verbum ad hispanos adhuc gentili errore
implicatos diriguntur. Quibus predicacione sua
illustratis torquatus acci. tisephons. vergij. secun-
dus abula. indalecius urci. cecilius elibri. yficius
carcese. eufzafius eliurgi. scilicet idibus maij quie-
uerunt. Extat vsq[ue] hodie optimu[m] miraculu[m] in te-
stimonium preciose mortis eorum. Nam in prefata
solentate eorum vigilia scilicet apud accinclinam
urbem ad sepulcrum torquati retro ecclesiaz. annuati
arbor oliue diuinit[us] flores. maturis fructib[us] onu-

statur. e quib[us] ilico oleus elicitur unde lampades
ante altare eius accenduntur. Alij vero duo discipuli
scilicet abanathus. & theodoz. ut in epistola beati
leonis describitur. iuxta corpus apostoli sepulti sunt
vni ad dexteram alij ad sinistram. Porro de libello
translationis apostoli quid circa quendam eius p[er]gri-
num acciderit. temporibus nostris vobis dicendum est.
Clericus quidam mihi notus amator & p[er]grinus eius.
hanc translationem cum quibusdam alijs apostoli mi-
raculis volens secum ad patriam suam deferre. cuidam
fernando scriptori in urbe eiusdem apostoli scribere
fecit. & viginti numos in precium dedit. Qui cum
libellum dato precio accepit. & in basilica apostoli in
angulo quodam solus legeret. super gremium suu[m] tot
numos quot scriptori dederat reppit. quos a nullo
mortali sed ab apostolo diuinit[us] impositos credi-
dit. hanc itaq[ue] beati iacobi translationem a nostro
codice excludere nolui. cum in ea tanta scribantur
miracula. que etiam a beati leonis minime discor-
dat epistola. hec autem celebrat. iij. kl. ianuarij.

VII. *De continentia eius de libelli
Aetor.*

Apostolis itaq[ue] diuersa cosmum climata ad-
euntibus. nutu dei iacobus hibernie oris
appulsus. verbum dei predicauit intrepidi-
tus. vbi. vij. discipulos elegisse fertur. scilicet tor-
quatum. secundu[m] indaleciu[m]. tisefontem. eufzafiu[m]. ce-
ciliu[m]. isichiu[m]. quorum collegio lolium extirparet ac tel-
luri arido et diu sterili semina ubi dei committeret
Cunq[ue] dies immineeret supremu[m] hierosolimanu[m] cum
eis periret. ibiq[ue] martirium subiit. cuius corpus
discipuli eius nocte rapietes per timore iudeoru[m] na-
ui imposuerunt. & sepulturam eius diuine prou-
dentie committentes. duce angelo galiciam appulerunt
& exeuntes de portu posuerunt corpus eius in loco
quodam. & pergentes ad quandam feminam vidua[m]
dominam loci illius nobilem s[ed] paganam dixerunt
ei. Domine hiesus christe mittere ad te corpus disci-
puli sui. ut quez noluit viuam recipe suscipies vel
defunctu[m]. Et narzantes miraculu[m] qualiter sine re-
migio illuc peruenisset ad locu[m] illum ubi prius eu[m]
posuerant ad eius sepulturam petebant. At illa dolo-
si animi & ferocis dixit eis. se libere co[n]cedere quod
petebat. si tamen prius regis hispanie assensu haberet
Perzentes autem ad regem benigne obtinere. sed per pau-
lulu[m] irate & p[er]missi penitentes iussit ab eis insequi
& necari. Et cum iam ponte transisset. insequentes eos
milites ruente sub eis ponte. in flumine submersi
sunt. Quod audiens rex ut dicit magister iohannes
belez sibi suisq[ue] timens. misit ad eos rogans ut secu-
ri venirent. & quod p[er]miserat obtinerent. Illi ergo re-
dierunt & ad fide[m] christi regem cum populo conuer-
tunt. hoc audiens predicta domina de submersione
militu[m] valde dolens. rediit ad se discipulis et ex
parte regis prefatu[m] locu[m] petentibus. habeo inquit in
illo monte duos boues quos euntes assuite. & plat-
stro iugentes que necessaria sunt deferre. & locu[m] sicut
volueritis edificare. hoc autem dolose dicebat. sciebat
enim eos boues indomitos esse & siluestres & id pu-
tauit quod non possent iungi nec applicari. vel si ap-
plicarentur currerent hac vel illac curruq[ue] dissi-
perent & eos occiderent corp[us]q[ue] deicerent. sed non
est sapientia contra dominu[m]. Illi enim malicia eius non
aduertentes monte adieunt. & statim draconem flami-
uomum inuenientes. cum in eos irueret. vrute cru-
cis opposite per medium ventrem findunt. Inde q[ue]
tauros accipiunt. & eis virtute dei mitigatis. sci-

iacobi corpus iponunt. & sic nullo duce palatium mulieris intrantes. ea stupete & conuersa ad fides. gratanter obtinent quicquid volunt. Sepulto igitur corpore. & de sumptibus illius domine fabricata super illud ecclesia. discipuli eius ad predicandum dispersi sunt. Duo tamen ex eis excubantes ad eius tumulum remanserunt. & post mortem suam iuxta eum se cumulari fecerunt. **Actoꝝ.** Cuiusmodi. viij. kl. aprilis. scilicet in annuatiuone dominica fuerit decollatus. & xij. kl. augusti. ab iherosolymis usque ad copostellam translatus. & iij. kl. ianuarii sepultus. quia materia sepulture usque ad ianuariu ab augusto durauit. statuerunt sancti ut in ecclesia festum eius. viij. kl. augusti scilicet in tempore magis congruo celebraretur.

VIII. De carcere petri & inuentione herodis. & successione agrippe. Comestoz.

Detrui quoque herodes apud phesum misit in carcere. quia in diebus illis non licebat aliquid occidere. Et propter custodes carceris tradidit eum custodiendum quatuor quaterionibus militum uolens post pascha producere eum populo. ut ipse populus occideret eum. non ipse herodes ut iacobum. quia magis uidebat eum gloriosum si ipsi occideret eum. quia princeps erat apostolorum. Cuiusmodi autem in crastino productus est eum est herodes. ipsa nocte per angelum a domino liberatus. venit ad fratres & narrauit quomodo eduxit eum dominus. Alia nocte abiit in alium locum pro tempore herodis & iudeorum. herodes autem cum requisisset eum & non inuenisset. diligenter inquirens de custodibus utrum nouisset quidnam factum esset de eo. iussit eos adduci ad se ut vindicaret in eos. non tamen vindicauit domino procurante. ut solutio petri nulli noceret. Imminente enim negotio descendit herodes a iudea in cesaream palestinam prope iniquas tyro & sidoniam. ut noceret tiris & sidonijs quibus iratus erat. quod audientes tiris & sidonij uenerunt ad blasum qui erat cubicularius herodis & custos thesaurorum eius. quia erat amicus eorum & patronus. & eo inter preces conciliati sunt herodi. non enim poterant sustinere inimicitias regis tam vicini. Sequenti uero die herodes uestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos & condonabat ad eos bladias eis. Populus autem exhibebat ei laudes deo debitae & non homini. Et dum adulatorijs fauoribus dimulceretur. & oblatos sibi diuinos honores non respuebat respiciens supra se uidit imminere & insistentem capiti suo in funiculo angelum. id est bubonem mortis proxime nuncium. Et tunc ut tradidit iosephus inclinauit se ad eos qui sibi applaudebant & dixit eis. En ego deus uester morior. Sciebat enim iuxta quod dixerat ei augur se infra. v. dies post uisionem bubonis moriturum. Et confestim ut habetur in historia percussit eum angelus domini. id est facta est super eum uisio dicitur domini. quia per quinque dies uentris dolore cruciatus est. corrodiebant enim uermes uiscera eius. & ita paulatim consumptus a uermibus expirauit. Reliquit autem filium qui dicitur est agrippa sed non cognominatus est herodes qui adhuc erat rome. nec habuit totum regnum patris. habuit enim terram duarum tribuum & dimidie ultra iordanem. Unde legitur quod fideles de iudea imminente euectione iherosolym. per admonitionem angeli secesserunt in regnum agrippe.

IX. De ordinatione pauli & barnabe & qualiter dicitur est paulus.

Hic redit historia ad ordinem suum. & continetur ei id quod supra dictum est collectam factam a fidelibus antiochie. missam pauperibus in iherosolym per barnabam & paulum. Barnabas igitur & paulus reuersi sunt a hierosolymis assumpto secum icha-

ne qui cognouerat marcum post explicitum misterium. erat autem in ecclesia que erat antiochie. propter eos qui uenerant a hierosolymis prophete & doctores. Qui audito consilio spiritus sancti. remiserunt paulum & barnabam in hierosolym ad petrum ac iacobum & iohannem qui erant ibi qui gausi sunt audito mandato angeli uel spiritus sancti & ieiunantes & orantes imposerunt eis manus in modum ordinationum. Nec de ordinatione apostolorum aliquid legitur. uel quod dominus imposerit eis manus. De petro tamen certum habetur quod antiochie missam celebrauerit. sed apostolis potuit per ordinationem sufficere quod dictum est eis a domino. hoc facite in memorem memoracionem. Et illi quidem missi a spiritu sancto eodem duce itineris qui separet eos a ceteris abierunt seleuciam. & inde nauigauerunt cyprum. Habebat autem secum in misterio ichanem quem cognominatur marcus. Et cum pabulassent uniuersam insulam usque ad paphum. inuenerunt pseudo prophetam iudeum nomine baren qui erat cum sergio paulo proconsule. Tradunt autem facti quod a sergio paulo uerso ad fidei dicitur est paulus. unde hic primo fit in historia mentio de hoc nomine. Solus origenes dicit quod semper fuit binomium dicitur scilicet saul & paulus. uel in acceptione apostolorum primo sortitus est hoc nomen. ut qui primo a saulo persecutore dicebatur saul. de superbo factus humilis. per saulo diceretur paulus quasi humilis & modestus. Unde quasi nomen suum interpretando dicit se minime apostolorum. uideatur autem. xij. anno a passione domini primo ad apostolatum cum barnaba & sortitus pauli uocabulum. & xiiij. profectus ad magistrum gentium Cuiusmodi consonat ecclesiastica historia ubi legitur preceptum apostolorum. ut post passionem per. xij. annos predicarent in iuda. xiiij. autem anno ceperunt paulatim transire ad gentes non dum ex toto. postea omnino exierunt de finibus iudee.

X. De itinere eorum & predicacionis causa donec redierunt antiochiam.

Dum autem a papho nauigassent. uenerunt in cyprum. paphie. & tunc iohannes discipulus uero & barnabas uenerunt antiochiam presbiteri que est in grecia. Et ingressi synagogam die sabbati sederunt quasi audiri legem non predicari. Post lectionem autem surgens paulus & manu silentium indicens aggressus est facere magnam sermonem ichonans a patribus & discipulis ad christum ac dicens. Notum sit uobis uiri fratres. quoniam per hunc nobis remissio peccatorum annuntiata a quibus non potuistis in lege moysi iustificari. Sequenti uero sabbato pene uniuersa ciuitas conuenit ut audiret uerbum dei. quod uidentes iudei repleti sunt zelo inuidie. quo commoti ceperunt contradicere his que a paulo dicebantur blasphemantes. Blasphemus enim est qui ex inuidia obloquitur ueritati. Tunc repleti zelo dei paulus & barnabas constantiter dixerunt. Uobis oportet primum loqui uerbum dei iuxta uerbum domini dicentis. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. sed quia repellitis illud & indignos uos facitis. ecce conuertimur ad gentes. Audientes autem gentes mentem de salute sua gausi sunt. & glorificabant deum. & crederunt multi ex eis. Iudei tamen concitabant mulieres religiosas & priuarias ciuitatis. & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos uenerunt iconium. Ibi quoque predicacioni eorum credidit copiosa multitudo iudeorum & grecorum. & dimorati sunt multo tempore ibi fiducialiter predicantes domino predicacionem eorum miraculorum ostentante. Et cum factus esset impetus gentiliu & iudeorum

cū principibus suis ut cōtumelijs afficerent apo-
stolos & lapidibus fugarent eos. cōfugerūt ad
ciuitates licaonie. scilicet listran & derben. Et
erat vir quidam listris claudus ex vtero matris
sue. quia nec ambulare nec stare poterat. iussus
q; a paulo in nomine cristi ut surgeret. statim
exiit & ambulabat. Turbe autem cum viderent
putabant paulum & barnabam deos esse. & in
forma humana eis apparuisse. & vocabāt barna-
bam iouem. quia prior esse videbatur paulū ve-
ro mercurium. quia semper iuxta eorum opinione
iouem comitabatur. qui eloquens & literatus fu-
isse creditur. & facundiam hominibus prestare
putabatur. Unde mercurius quasi medius crens
inter aures & linguas a latinis. a grecis vero her-
mes quasi interpres dicitur. Deniq; superuenerūt
ab iconio & antiochia iudei. & concitatis turbis
in persecutōnem pauli lapidabant eum. & eiece-
runt eum quasi vile cadaver estimantes eū mor-
tuum esse. De qua lapidatōne ad corinthios ait.
Semel lapidatus sum. Postea discipuli eius cir-
cūdederunt eum assistentes ei & respirauit. &
nescientib; iudeis reportauerunt eum in ciuitate
& conualuit. Postea die profectus est cum bar-
naba in derben & predicauit ibi. postea redierūt
per easdem ciuitates per quas uenerant confirmā-
tes fratres in fide. & constituebant pro se episco-
pos. quia erant migraturi & incerti vtruz; ad eos
amplius essent reuersuri. Tandem vero nauiga-
uerunt antiochiam unde & prius exierant. & mo-
rati sunt ibi non modico tempore cum discipulis

XI. **De primo concilio hierusalē ce-
lebrato sup q̄stione legalium.**

Unc descendunt quidam d̄ iudea cri-
stiani quidem. adhuc tamen iudaizantes
qui fuerāt de secta phariseorum. Facta
est autem non minima seditō inter eos & paulū
& barnabam. Quia predicabant fidem absq; le-
galibus non sufficere. & cōsentiebant eis multi
veteri consuetudine imbuti. Et statuerunt ut p̄
hac lite dirimenda ascenderent in hierusalem ad
maiores apostolos. scilicet ad petrum & iacobū
episcopum hierosolimorum. Anno itaq; claudij
quarto. ascendit paulus cum barnaba assumpto
sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et
qui descenderant de iudea ascenderunt cōtra eos
quidam scilicet de heresi phariseorum ad fidē con-
uersi. Qui cum venissent hierosolimā & essent ī
presentia apostolorum petri & iacobi & seniorū
surrexerunt contra paulū & barnabam dicētes.
Oportet circūcidi fideles & seruare legem moi-
si. & audita vtriusq; partis sentētia conuenerūt
apostoli & seniores ut iudicaret super hoc. Et
post multam disceptatōnem surgens petrus ostē-
dens ratiōnabilitē non esse imponendum fide-
lib; iugum legis. quia ipse consilio dei baptiza-
uerat cornelium & predicauerat gentibus euan-
gelium. & deus predicatōnem eius confirmaue-
rat fide mundans corda eorum. & anteq̄ bap-
tizarentur visibilib; mittens super eos spiritū san-
ctum. nec indicens eis obseruantiam legalium. &
statim ceperunt paulus & barnabas narrare quā-
ta signa & prodigia deus fecerat in gentibus p̄
eos. **Actoꝝ.** Post hec iacobus autoritate
pontificali protulit diffiniuias sententiam. quia
questio ista mota est in ecclesia hierosolimitana.

cuius episcopus erat. nec poterat ad alium trans-
ferri nisi per appellatōnem. Petrus etiam nec
dum erat constitutus in cathedra pontificali. sed
paulo post scilicet eodem anno ascendit romā.

XII. **De diffiniuias sententia iaco-
bi super p̄dicta questione.**

Ego inquit iacobus iudico eos qui de
gentibus conuertuntur non cogi ad gra-
uitatem legalium. sed consulo ut diri-
gamus ad eos epistolam ut abstineant se ab im-
mundicia idolatrie. & veri dei cultores sint. & a
fornicatōe ut sint casti. & a suffocatis. ne carnes
eorum comedant. & a sanguine ne illum bibant.
Ideo hec quattuor specialiter decernit gentilib;
conuersis prohiberi. ut ab usu male consu. tudis
reuocarentur. Idolatria enim maxime in gentib;
pullulauerat. fornicatō quoq; quasi naturale q̄d
dam & nullius reatus reputabatur inter gentes.
Erant etiam proni ad effundendum sanguinem
& consueuerant bibere sanguinem immolatum
dijs suis. Ideo prohibiti sunt ab ydolatria & for-
nicatōe & etiam a sanguine fundendo vel bilē-
do. S; d̄ tercio. id est. d̄ suffocato magna est que-
stio cur eis prohibitum sit. Et dicunt quidam qd
duo prima prohibita fuerunt simplicitē & ad se-
per. scilicet ydolatria & fornicatō. alia vero duo
non nisi ad tempus. scilicet donec confirmati es-
sent gentiles in euangelio. quia enim proni erāt
quidam eorum ad suffocandum homines ut san-
guinem humanum comederent. & etiam consue-
uerant bibere sanguinem ydolis immolatum vel
hostium a se effusum. Ideo prohibitus est eis ad
tempus omne suffocatum & omnis sanguis do-
nec a pristina consuetudine reuocaretur. Vel iō
hec eis in primitiua ecclesia prohibita sunt. quia
iudei huiusmodi edulia abominabantur pro con-
suetudine legis. Ideo etiam eis ad fidem eribisti
conuersis concessum est ab huiusmodi abstinere.
ne fidem eribisti abhorrent. & quia mater sina-
goga vel lex euz; honore deducenda erat ad septi-
mum. Vndē si gentiles non abstinerent ab huius-
modi iudei societatem eorum abhorrent. nec
habitarent vnius moris in domo. Consimili cau-
sa circūcidit paulus timotheum & etiaz sancti-
ficauit scđum legem. s; postea retractatū est ab
apostolo ad titum. scilicet ubi dicit. Omnia mū-
da mundis. Alij dicunt qd omnia ista simplicitē
prohibita sunt & ad semper. s; ibi non accipitur
suffocatum pro quolib; sanguine. s; restringitur
suffocato ad oppressionem que fit inter homines.
scilicet qua maior opprimit minorem. fortior de-
bilioꝝ. quod maxime solet fieri inter gentiles.
Sanguis etiam restringitur ad humanum sangui-
nem qui prohibetur effundi. Sanguis enim ī scri-
ptura significare solet homicidium. vnde dauid
propter homicidium dicitur vir sanguinum. hu-
ic sententie consonat glosa. R. que dicit. Hec ne-
cessaria sunt sine quibus non est salus. Preterea
noluerunt apostoli determinare hoc nomen suf-
focatum ut haberet locum misterium. Per suffo-
catum enim simplicitē sumptuz; intelligit pecca-
tum non confessum. aliquando autē minus pro-
prie sumitur textus ut locū habeat spiritualis sen-
sus. Ad autoritatem hieronimi super ezech. q̄
solet hic obijci potest dici. qd non condēnātur
sacerdotes qui comedunt suffocatum d̄ transgres.

sione quasi a suffocato teneatur abstinere. sed tã
tum de gula & leccacitate. Solent eniz volatilia
occidere suffocando siue iugulando. ita q̄ sãguis
non effunditur sed remanet intus. quia sicut dicitur
ex hoc teneriores & dulciores sunt carnes.
& sic est ibi leccacitas. que non conuenit sacerdotibus.

XIII.

De imple

Apostoli igitur hec scripserunt eis. non
quia hec sola sufficerent ad perfectam
circumcisionem spiritualem. sed quia in
his maxime peccabant ut supra dictum est. & id
ab his specialiter & precipue eos abstinere prece
perunt. Ceteras autem prohibitiones & precepta
legis moralia voluerunt eos audire in sinagogis
per singula sabbata. ut paulatim in cognitiõne &
obseruatiã diuine legis proficerent. Nam illuc
conueniebant conuersi ex gentibus & iudeis con
uersis ad audiendam legem. Unde post predicta
verba subdit iacobus. Moyses enim in sinago
gis per omne sabbatum legitur. Ac si diceret. s.
b. preceptorum acerbitate & multitudine nolu
mus eos ad presens grauare & deterrere. s; pro
cedente tempore cum frequentius ad lectõem le
gis & prophetarum conuenient. paulatim vite in
stituta suscipient moralia. scilicet ad obseruandũ
cerimonialia ad spiritualiter intelligendum.

Augustinus contra faustum libro primo.
Sunt etenim precepta vite agende ut illud non
concupisces. & precepta vite significande ut il
lud. Circumcides omne masculinum octauo die
que omnia per christum adimpleta sunt. Lex enim
per moysen data est. gratia & veritas per iesum
christum facta est. Que enim lex per superbos
etiam reata preuaricatiõis deuitit augendo pecca
tum iubens quod implere non poterant. Ipsi
legis impletur iusticia per gratia spiritus in eos
qui discunt a christo esse mices & humiles corde
Prophetias autem impleuit & in eo facta est ue
ritas promissio dei. Quotquot enim promissioes
dei in illo sunt. ut ait apostolus. Item ipsa legis
vniuersa prophetia que non tantum verbis sed eti
am quarundam actionum figuris saluatoris pro
mittebat aduentum veritas facta est per hielum
christum. Ex cuius aduentu iam regnum dei ce
pit annunciari. quia lex & prophete vsq; ad iohã
nem. lex ut reos faceret qui deliderent salutez
prophete ut promitteret salutem.

XIII. Quid ideo legis vmbre cessauerunt quia
veritas impleta est.

Romde cum queris cur iam non circũ
ciditur christianus si christus non ve
nit solvere legem sed adimplere. Respõ
deo immo ideo iam non circũciditur christianus
quia expoliatiõ carnalis generatiõis que illo fa
cto figurabatur. iam christi resurrectiõne adim
pleta est. Et quod in nostra resurrectiõne futurũ
est baptismi sacramento commendatur. Nam ne
q; penitus auferri debuit noue vite sacramentũ
quia restat adhuc in nobis futura resurrectiõ
morteuorum. Et in melius tamen id est succeden
te baptismo debuit commutari quia iam factum
est quod nunq; factum erat. ut vite future eter
ne in resurrectiõne christi nobis preberetur exem
plum. Sabbati ocium non obseruat christianus.
quia iam in illo perpetuum habemus sabbatum

qui dicit. Venite ad me omnes qui laboratis &c
& inuenietis requiem animabus vestris. Differẽ
tiam ciborum iam non obseruat christianus quia
quod illis figuris prophetabatur christus imple
uit. non admittens ad corpus suum quod in san
ctis suis ad vitam ete: nam predestinauit quid
quid per ista animalia in moribus hominum signi
ficatum est. Animalium sacrificia iam non offere
quia quod talium rerum figuris prophetabatur in
molatiõne carnis & sanguinis sui christus imple
uit. Azima iãz non obseruat christianus. quia qd
ista figura prophetabatur. expurgato veteris vite
fermento nouã vitãz demonstrans christus imple
uit. De carne agni iam non celebrat pascha. quia
quod ista figura prenunciabatur. christus agnus
immaculatus sua passione impleuit. Neomenias
non celebrat. quia celebratiõ noue lune nouã cre
aturam significabat. De qua dicit apostolus. ec
ce facta sunt omnia noua. Immundiciarum ba
pismata non obseruat. quia iam venit christus
consepelire nos sibi per baptismũ in morte; &c.
Scenophagiam non celebrat. quia tabernaculum
dei fideles eius sunt. in quibus caritate consocia
tis & quodãmodo compactis habitare dignatur
quod illa figura promittebatur. Ita fit ut omnia
que ex illa scriptura propterea putatis non obser
uari a christianis quia christus ea soluerit. Sed pro
pterea potius reperiantur non obseruari a chri
stianis. quia christus ea impleuerit. Ipsa quippe
talium figurarum obseruatio prenunciatiõ chri
sti fuit.

IX.

De impletione cerimonialium.

Actoꝝ.

Itaq; quidquid in lege cerimoniale pre
cipitur in christo spiritualiter impletur
aut in capite. aut in membris. Unde iã
veritate ppalata literalis eorum obseruantiã repu
tabatur idolatria. dicente apostolo ad galathas
Ecce ego paulus dico vobis quia si circũcidami
ni christus nihil vo bis prodest. Vbi etiam dicit
glosa. qd nõ est leuior seruitus legis q̄ idolatria
hoc autem ideo. quia tempus eorum transierat
quo deus per ea se colendum statuerat. vnde de
cetero iam cassa & vana penitus in nullo iuuare
poterant suos obseruatores. sicut nec ydola suos
cultores. Et ob hoc omnino nulla spes in eis erat
ponenda sed tanq; superstitiosa ac per hoc etiam
perniciosa procul erant abijcienda. preterea dicit
ibidez apostolus. Testificor omni homini circun
cidenti se qd debitor est vniuersẽ legis faciente
Quod intelligitur d illis qui ideo circũcidebant
se. quia spem ponebant in circuncisione. quibus
etiã dictabat conscientia qd oia legalia integri
ter erant seruanda. vnde cõsciẽtia licet erronea li
gabatur eos. ita qd si inõ aliqua omittetẽt peccatẽt
ppter cõsciẽtiã. Similiter etiã obseruãdo ea p̄ce
cabãt. & ita p̄plexi erãt. s; tenebantur deponere
errore sicut illi qui nõ ex inuidia. s; ex ignorantia
xpm crucifixerũt. putãtes se obsequiũ prestare
deo. Ipe vero medio itez legẽ & grẽ reuelatõem
licitũ erat ea seruare ppertitiõũ scãdalũ iudoꝝ
ut supius dictũ est. Hec d cerimonialib; legis
dicta sũt q̄ neminẽ iustificabãt. qz nec ad hoc in
stituta sũt. s; date sũt iudeis duris in flagellum.
rudib; in pedagogũ. p̄fectis autẽ in signũ.

XVI

De cõpletione moralium in euãgelio.

Doro de moralibus preceptis que semp iustificanc & immutabiliter permanent dicit dominus in euangelio. Nisi abun dauent iusticia vestra &c. Nec ideo manus cristi grauiorcs sunt q̄ manus moysi Quoniam si difficilior sit in se non irasci q̄ non occidere non concupiscere q̄ mechari tamen iugum cristi leuius est q̄ onus moysi propter septem scilicet propter fomitis debilitatōnem . ppter gratiam cōcomitan tem . ppter auxiliū sacramentorum . propter apertam doctrinam . propter promissorum eternitatez propter exempla cristi & sanctorum . propter hostis alligatōnem . Manus autem moysi dicim? graues non tantum ppter defectum horum auxiliōz sed ppter pene crudelitatem & acceleratōnem . q̄a statim absq; misericordia puniebatur trasgressior . Et etiam propter ceremonialium multitudinem . Et de hac dicit petrus in actibus . quid temptatis imponere iugum &c . Et nota q̄ eadem est perfe ctio in lege que in euangelio . ut dicit augustinus . Sed multa que in lege obscure precepta sunt pro pter imperfectionem populi cui dabatur . quia nō subito poterant ascendere ad perfectionem iusticie in euangelio explanantur . Et gratia reuelata lex spiritualiter intellecta cohibebat manus & animū Sed ideo dicitur cohibuisse tantum manum . quia moyses ut puzus homo puniebat manus quam ui debat . non animū quem non videbat . Cris? autem est deus . & ideo in euangelio tam de exte rioribus q̄ de interioribus peccatis penam deter minat . Ideo dicit glosa . quia mandatum cristi nō est contrarium legi . sed latius legem in se cōtinēs q̄ scilicet intelligere eam pharisei . quia non intel ligebant ibi prohibita nisi opera homicidij vel for nicatōnis . vel huiusmodi . Vnde & dominus ait . Non ueni soluere legem sed adimplere . In sūma vero nota q̄ cristus legem impleuit scilicet septē modis . Primo moralia seruando sicut ipemet i euā gelio dicit . Ego enim que placita sunt ei facio se per . Et etiam ceremonialia . quia circumcisus est . ba ptizatus . oblatu in templo & huiusmodi . Item moralia explanando . que pharisei male intelligebāt Item concilia preceptis addēdo . Item umbras le gales cessare faciēdo & ueritatem exhibēdo quam promittebant . Item nobis gratiam confere do qua moralia possimus implere que nō poterāt impleri timore . propter hec omnia dicitur lex per moisen data est &c . Gratia scđm augustinūz per tinet ad moralia . id est . ad caritatis plenitudinem . ueritas ad umbrarum ceremonialium reuelatōem . Impletur autem lex utroq; modo scilicet & cū fi unt que ibi precepta sunt . scz moralia per gratiam & exhibentur que ibi pphetata sunt . scilicet cerimo nia significata per ueritatem euangelicam . Item se ptimo modo impleuit cristus legē & implet quo tidie ut dicit augustin? cōtra faustum . quia enim inquit etiam sub gratia positū in hac mortali uita difficile est omnimode implere quedam legis pce pta . ut est illud . non concupisces . ipse per carnis sue sacrificium sacerdos factus impetrat nobis i dulgentiam . etiam hinc legem adimplēs . ut quod ex infirmitate minus implere possumus eius perfe ctōe recupemus . cui? capitis membra facti sum? Est itaq; rota in medio rote . id est . uetus testamē tum in nouo . & econuerso . Nouum uero in ueteri quicū ad pfiguratōnem siue pnuiciatōnem &

intellectum spiritua lem . uetus i nouo quantū ad expositōnem . XVII .

De mutatōe ueterū sacramētoz i noua . Au gusti . contra faustu . li . i

In nullum autem nomen religionis siue uerum siue falsum coagulari possūt ho mines nisi aliquo signaculoz uel sacra mentorum uisibilium colligantur . Quorum scilicet sacramentorum uis ualet plurimum . & ideo contē pta sacrilegos facit . Impie quippe contemnitur si ne qua non potest per ici pietas . Proinde pma sa cramenta que obseruabantur & celebrabantur ex lege pnuiciatua erant cristi uenturi . que euz suo aduentu cristus impleuit ablata sunt . & ideo ab lata quia impleta Et alia sunt instituta uirtute ma iora . utilitate meliora . actu faciliora numero pauci ora . tanq; iusticia fidei reuelata & in libertatez uo catis filiis dei iugo seruitutis ablato quod duro et carni debito ppo congruebat . Actoz **E**ccelesia tamen quedam legalia retinuit . ut thurificatō nem . non tantum quia significat qd semp faciēdū est . pari nanq; ratōne & illud de carne porcina nō comedenda retinisset . sed quoniam ipa literalis obseruantiā moralis est . quod inuenire non est in carne porcina . uel in suffocato & sanguine . In thurificatōne n anq; deus honoratur sicut i magnitu dīne & pulcritudīne templi materialis . p quam si gnificantur magnitudo & pulcritudo templi spi ritualis . id est . regni celestis . uel etiam anime iusti que maior est (ut ait augustin?) toto mūdo . nō corpis distensione . sed potestate & uirtute . Thi miama uero non retinuit . ne uideatur iudaiizare . Et quia facilius incensum quod idem significat re pitur q̄ ille species aromaticę de quib? thimiama conficiebatur . Vnctōnem quoq; retinuit . sed non eo modo quo lex utebatur . Illic enim oleo sancto materiale tabernaculum ungebatur . hic autem cris mate sancto cristi tabernaculum spirituale inun gitur . id est . homo ipse cum baptizat

XVIII . **De numero sacramentorum noue legis .**

Uenit ergo magnus ille medicus scilicet p samaritanum designatus ad genus hu manum quod ubiq; iacebat egrotum . ei qz oleum & unum . id est . austeritatem cōminatō num ac blandimenta pmissionum infudit . & eius nulnēra pceptis salutaribus & sacramentis alliga uit . In septem nanq; sacramentis noue legis omnes nobis attulit causas salutis spiritualis . Cause et enī sanitatis spūalis nō sūt nisi q̄rtuoz sicut & q̄t tuoz corporalis . scilicet curatiua . cōseruatiua . pserua tiua . melioratiua . Curatiua duplex est . quedaz enīz totaliter & simul curat . ut baptismus culpaz & pe nam omīno delens quantum in se est . quedaz uero paulatim . ut penitentia . Cōseruatiua est confirma tō . In hac enim datur spiritus ad robur & ad con seruatōnem gratie que data est in baptismo . Pre seruatiua est matrimonium in quo concupiscentia carnalis in ruinam pna turpitudinis excipitur ho nestate nuptiarum . ne ruat in mortale peccatum . Melioratiua est ordo in quo gratia melioratur & augmentatur . & etiam extrema unctō . quia homi nem in meliori statu ponit & securiorem reddit . Est etiam medicina quedam p̄dicta quattuoz so la faciens . scilicet eucharistia . quoniam & uenialia curat . & ab eis animam pseruat . gratiam quoq;

66
cōseruat. quia panis cor hominis confirmat. et eti-
am gratiam augmentat. Potest etiam dici quod est me-
dicina resumptiua que baptizatis datur ad reficiē-
dum animam. sicut corporaliter curatis datur ele-
ctuarium confortatiuū unde & reducit ad cu-
ratiuam. Sciendum autem quod cum sacramenta iusti-
ficare dicuntur. quod contenti est continēti atri-
buitur. Gratia namque in eis contenta iustificat. nō
ergo iustificat tanquam causa efficiens sed tanquam ma-
terialis. Sunt enim quicquid que diuersimode sanant
animam. sicut & quicquid que corpus. nam corpus sa-
nat deus auctoritate. medicina effectiue. dieta cō-
seruatiue. uas medici sicut pixis contentiue. in eo
autem ministerio. Sic & deus animam iustifi-
cat auctoritate. gratia uero ut medicina morbum
expellens. impletō mandatorum tanquam dieta. sacra-
menta quoque tanquam uasa medicinalia. sacerdos au-
tem tanquam minister. nō est tamē omnino simile de sa-
cramento & de pixide. sed simile penitus esset si
una tantum pixis esset in qua daretur medicina. vel
si daretur in alia non prederet. sicut baptismus si
daretur in aliquo alio liquore quam in aqua non pro-
deret. Quid autem sit sacramentum ostendit au-
gustinus dicens. Sacramentum est sacre rei signum
Item Sacramentum est inuisibilis gratie uisibilis
forma. ut species panis & uini. que sunt sacrificiū
uisibile. signant inuisibile corpus christi quod est
sacramentū ecclesie. Quedam sacramenta sunt ne-
cessitatis. & quedam uoluntatis. necessitatis sunt
hec quicquid. baptismus. confirmatio. eucharistia. pe-
nitentia. extrema unctio. Uoluntatis uero sunt hec
duo. ordo & matrimonium. Item quedam sunt in
quibus confertur gratia. ut predicta necessitatis
& ordinis. Alia in quibus non. ut matrimonium.
Effectus sacramentorum est ut talia sunt cuiuslibet
qualis ipse accedit. id est. bonis bona. & malis ac-
fictis mala scilicet occasionaliter. bonis sunt ad sa-
lutem. malis ad iudicium. Ideo dicimus quod sacra-
menta non debent conferri peccatoribus nisi penitenti-
bus. hoc autem intelligas de peccatis manifestis.
nam propter occulta non possunt alicui negari sacra-
menta nisi per admonitionem secretam vel publice
in genere factam.

XIX. *De institutione & potestate ba-
ptismi.*

De institutione baptismi christi quando i-
ceperit varie sunt opinioniones. Alij dicunt
institutionem esse cum nicodemus dominus
ait. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san-
cto. &c. Alij cum apostolis dixit. Ite docete omnes
gentes. baptizantes eos in nomine patris & filij
& spiritus sancti. Sed hoc dixit post resurrectionē
eis. quos ante passionem miserat binos & binos ad
predicandum in iudea. & ad baptizandum dicens.
In uiam gentium ne abieritis. Iam ergo instituitur
erat baptismus. quia baptizabant simul & predi-
cabant. Si uero queritur in qua forma tunc bap-
tizauerunt. sane dici potest. In nomine trinitatis. scilicet
in ea forma in qua baptizauerunt postea gen-
tes que ante passionem potest intelligi fuisse tradi-
ta licet non sit scriptum. Commodius ergo dicitur
institutione facta quando christus a iohanne bap-
tizatus est in iordane. non quia mundani uoluerit cum
sine peccato fuerit. sed quia contactu munde car-
nis sue uim regeneratiuam contulit aquis. ut qui
postea immergeretur inuocato nomine sancte tri-

nitatis a peccatis purgaretur. Tunc instituitur est
baptismus christi in quo trinitas cuius misterium
tunc innotuit interiorius homines baptizat. Celebra-
tur autem hoc sacramentum tantum in aqua. ut i-
telligatur quod sicut a qua sordes corporis ac uestes
abluunt. ita baptismus maculas anime sordesque vi-
ciorum abstergit. vel ideo ut nullum inopia excu-
saret. quod posset si in uino vel oleo fieret. quod
aqua signauit que de latere christi manauit. sicut
sanguis alterius sacramenti signum fuit. Successit
igitur baptismus christi circumcissioni duabus de cau-
sis. Prima est quia maior cumulus gratie significa-
tur & datur per baptismum quam per circumcissionem.
Circumcisio enim in quantum circumcisio non signat
nisi remissionem peccati. Sed baptismus signat &
remissionem peccatorum & infusionem gratie &
extinctionem mundane & humane cupiditatis. aq-
ue enim abluunt & reficit & extinguit. Secunda causa
est. quia communicatur est. Baptizantur enim tam ma-
res quam femine. & non circumcidebantur nisi males.
Multiplex autem est potestas baptismi. scilicet po-
testas ministerij. excellentie. inuocacionis auctori-
tatis. cooperacionis. Potestatem ministerij dedit
deus sacerdotibus & etiam omnibus hominibus in
articulo necessitatis. Potestas excellentie intelli-
gitur quia secundum meliorem baptizatus melius daretur
baptisma. Et de hac intelligunt quidam quod domini
potuit eam dare seruis. sed non dedit ne spes po-
neretur in homine. & ne tot essent baptismi quot
hoies uel serui. Alij uero hoc intelligunt de potesta-
te inuocacionis. potuit enim dominus dare petro ut
ad inuocacionem nominis petri fieret baptismus. hoc
enim non esset contra maiestatem diuinam.

XX. *De essentia & nomine bap-
tismi.*

De essentia uero baptismi nobis uidetur
quod nec sola aqua abluens uel aque ablu-
tio est baptismus. nec solus caracter. sed
illa duo ita utriusque sit unus bap-
tismus & unum sacramentum ab unitate gratie signi-
ficata. licet di-
uersa sine secundum essentiam sicut in sacramento eu-
charistie forma panis & uini & ipsum uerum cor-
pus christi. nec ualet hec argumentatio. aqua ab-
luens transit. ergo non est baptismus. licet enim
transit in quantum aqua abluens. tamen manet in
quantum caracter. Sed obicitur quod caracter non
est baptismus cum non sit uisibilis forma. dicimus
quod non oportet quod quicquid est in sacramento esse ui-
sibile in forma. sed sufficit quod secundum aliquid sui sit
uisibilis forma. sic baptismus secundum aquam abluen-
tem. Queritur autem Cui est signum caracter. Di-
cimus quod hominibus & angelis. sed hominibus est
intelligibile non uisibile. Dicimus autem quod ange-
li indigent illo signo. non enim uident omnia in spe-
culo eternitatis. sed uident ibi omnia sibi subiecta
scilicet celum & terram & similia. Ea uero que sunt
in libertate nostri arbitrij non uident nisi eis ostē-
dantur per gratiam. quia humana anima quantum
ad liberum arbitrium non est subiecta angelo. sed
equaliter & quasi immediate se habet ad deum.
Caracter ille cum sit illuminatio sicut dicit iohannes
damascenus. passibilis est qualitas anime illuminatis sin-
deris. & est causa materialis gratie. preparat enim
& habilitat animam ad susceptionem gratie. Et per
hoc quod est sigillum est certitudo quod anima habebit
gratiam. nisi per se ipsam obsteterit. sicut sigillum

episcopi est certitudo clerico cui datur est q̄ ha-
bebit p̄benda. Sciendūz autem q̄ triplex est ba-
ptismus. fluminis scilicet qui fit in aqua. flammis
qui fit per fidem purificantem. sanguinis qui fit
in sanguine per martiriūz. Sed proprie baptismus
est tinctio in aqua verbo vite sanctificata. sicut
enim pannus tinctus in aliquo precioso colore p̄-
ciosior redditur q̄ prius esset. sic anima in baptis-
mo fluminis tincta per caracterem vel gratiam.
hac similitudine vocavit dominus passionem suā
baptismum. Tincta enīz fuit eius caro in sāguīe
suo. & per hoc p̄ce o hōz facta fuit precium no-
stre redemptionis. & per hoc puenit ad gloriā re-
surrectionis. Cū ergo baptismus flammis & sā-
guinis non sint baptismi nisi per similitudinem.
solus baptismus fluminis imprimat caracterē.

XXI. De forma baptismi.

Ad formam baptismi exiguntur tria sci-
licet forma verborum. & intentio bap-
tizandi. & elementum aque. Forma ver-
borum hec est. Ego baptizo te in nomine patris
& filij & spiritus sancti. Queritur utrum verbū
baptizandi sit de essentia verborum que exigunt.
Dicimus q̄ sic. verba enim ista in nomine patris
& filij & spiritus sancti ad multa se habent scilicet
ad signandum ad benedicendum & ad bap-
tizandum. baptismus enim sacramentum necessitatis ē
& propter hoc necesse ē bap-
tizantē determinatā
intentionem habere & expressam ne euagetur ani-
mus ad alia. sed intentionem bap-
tizandi quam ha-
bet verbo exprimat dicendo Baptizo te. De q̄n-
titate aque dicunt magistri. q̄ in necessitatis ar-
ticulo sufficit aqua tāta in qua possit itingi pars
principalior scilicet caput. Quo abluto in tali ar-
ticulo si puer non sit totus natus baptizat̄ repu-
tatur. vel si postea totus nascatur viuus & dubi-
tetur an sit baptizatus. remedium habemus. Ba-
ptizandus enim est. quia non dicitur iteratūz qd̄
dubitatur esse factum. Queritur postea de sub-
tractōne verborum utrum baptismus sit si tantū
dicatur. baptizo te in nomine patris. videtur q̄ sic
quia in primitiua ecclesia fiebat sic. baptizo te in
noīe cr̄isti. ut habetur in acti. apo. Solutō. nō
est baptismus si tantū dicatur. baptizo te in noīe
patris. baptismus tamen olim fiebat in nomine
cr̄isti duabus de causis. Prima est ut nomen cr̄i-
sti quod erat incognitum hominibus fieret cele-
bre & amicum. Secunda est quia hoc nomen cr̄i-
sti dat intelligere totam trinitatem. Cr̄istus
enīz interp̄tatur vnctus. Vnctus enīz dat itel-
ligere vnctam personam. id est filij. & personā
vngentem. id est patrem. & ipsam vnctōnez. id ē
spiritus sanctum. Sed hoc nomen pater non sic p̄-
prez hoc non est simile. tamē si sacerdos fidelis
ita dicat baptizo te in nomine patris. & hoc dicto
obmutescat vel puer moriatur. tunc sit verūz ba-
ptisma. Summus enīz sacerdos supplet quod pie
inceptum est a minori sacerdote. Queritur post
ea de additōne utrum scilicet sit baptismus si di-
catur sic. baptizo te in nomine patris & filij &
spiritus sancti & beati petri. Et dicunt q̄ si illud
vltimū addat aliquis ex sola deuotōne non iten-
dens illud esse de essentia forme verborū. bap-
tismus est. Si vero credat illud esse de essentia for-
me & p̄pter hoc illud addat. nō est baptismus.
De corruptōne verborūz similiter queritur utrum

sit baptismus si aliquis dicat ita. baptizo te in no-
mine patris & filia & spiritus sancta. videtur q̄
sic. qui a si aliqua vetula ex simplicitate corrupat
formā verborum. corruptō huiusmodi non ipe-
dit quā sit baptismus. Quod concedunt magi-
stri si retineantur sillabe principales. pro quanta
autem corruptōne impediri scipiat non est homi-
nis determinare. sed si ille qui corrumpit verba i-
tendit intrudere heresim. non est baptismus.
non propter corruptōnem verborū. sed quia nō
habet intentionem bap-
tizandi. que necessaria est
ad baptismūz.

XXII.

De intentione bap- tizantis.

De intentione bap-
tizantis dicimus. q̄ si
dubitatur an factum sit minute an ex
intentione bap-
tizandi. tunc inuocandū
est diuiniūz auxilij. scd̄um augustinum. si certūz
sit q̄ totum minute factūz est. bap-
tizandus est.
Porro si patrinus non credat nec sacerdos cum
constet de paruulo q̄ non credit. tamen sacerdos.
intendit facere quod facit ecclesia & vitur for-
ma debita baptismus est. quia fit in fide ecclesie.
Vnde sic intelligendum est quod ait augustinus
non quia dicitur. sed quia creditur. id est. quia
fit in fide credentium. Item etiam si nullus cre-
deret. & tamen aliquis vteretur debita forma
verborum. & haberet intentionem faciendi quod
consuevit ecclesia baptismus est. Intelligendum
est ergo verbum confuse sic. quia creditur. id est
quia fit in fide credentium. id est. in tali fide quā
solet habere ecclesia. vel haberet si esset. Nobis
vero videtur. quia nec duo nec tres seu plures
possunt destruere fidem vniuersaliter. sed tota
ecclesia potest destruere fidem per libertatē arbi-
trij. Vnde non est necessarium militantem ecclesi-
am fore necessitate totali siue necessitate rei. Et
est simile in vniuersalibus. Dicitur enim q̄ neces-
sarius est vniuersalia esse sicut hominem. sed nō
necessitate particulari. Nullus enīz specialiter pōt
facere q̄ nullus homo sit. Omnes tamen infimul
sumpti possunt facere q̄ nullus sit. Possunt enīz
omnes se obligare ad hoc ut nullus generet de ce-
tero.

XXIII.

De baptis- mo puulorum.

In baptis-
mo puulorum consideranda
sunt tria. scilicet antecedentia que sūt
oraciones quas dicit sacerdos. Et exor-
cismus. & cathecismus. Est autem exorcismus
idez q̄ adiuratō qua sacerdos adiurat demones
dicens. Exi ab eo spiritus imunde. Et dicunt mnl-
ti q̄ per exorcismūz expellitur dyabolus. non q̄n-
tūz ad peccatūz. sed quantūz ad hoc q̄ non habe-
at potestatem nocendi paruulo corporaliter. Alij
dicunt sicut prepositinus. q̄ quantūz ad diminu-
tōnem peccati. vnde dicebat q̄ si puulus decede-
ret statim post exorcismūz minores tenebras pa-
teretur q̄ si non esset exorcizatus. & magis per-
ciperet de luce spiritualium. Nobis autem in vide-
retur q̄ exorcismus & cathecismus & salis l̄ni-
tio duabz de causis fuerit. prima est propter ho-
nozem & solennitatem baptismi. Secunda est ad
intelligentiam eorum que facit baptismus. salis
enim l̄nitio signat discretōnez que dantur in ba-
ptismo. Vnde sicut lumen cum ponitur in manu
paruuli. nō illuminatur propter hoc anima. sed p̄
hoc significatur q̄ anīa illuminatur spiritualiter

in baptismo. sic per exorcismum non expellitur
dyabolus. sed significatur expellendus. Est aut
cathecismus idem q̄ instructio baptizandi de ar
ticulari fidei. nam in primitiua ecclesia adulti bap
tizabantur. sed ante instruebantur in fide & bap
tizabantur in sabbato pasche ad signandum q̄ p
baptismum resurgunt baptizati a morte peccati.
Vel in sabbato penthecostes. ad signandum q̄ p
baptismum datur spiritus sanctus. Igitur ut ostē
datur vnus esse baptismus fit etiam modo sic in
paruulis licet q̄dū sine paruuli non sint suscep
tibilis discipline. Et cum patrinus respondet.
Credo & volo baptizari. respondet p̄ paruulo.
sed improprie loquitur. & est sensus. Iste pu
lus paratus est suscipere fidem & baptismum. ob
ligat enim se patrinus ad hoc ut cum ad adultā
etatem peruenerit paruulus instruat ipsum d̄ ar
ticulari fidei. & qualiter abrenunciare debet dya
bolo & omnibus pompis eius. Dicimus ergo q̄
licet paruulus non credat. tamen baptizatur in fi
de patini vel ecclesie. sic enim peccatum non ha
bet a se sed ab alio. sic non mundatur per fidem
p̄riam. fidem dico notam. sed per fidem alteri.
Cathecismus ergo n̄ ē p̄rie sacramētū s̄ sacramē
nec exorcismus s̄ exufflatō quā facit sacerdos sa
cramētū est. & significat q̄ per spiritus sancti
flatum exufflatur potestas dyaboli. Similiter sa
cramētū est. & significat sapientiam di
uinam.

XXIII.

De effectu baptisimi.

Quoniam autem q̄ paruulis in bap
tismo dantur virtutes. Et q̄ adules
cooperatur ad sui mūdationem. Credit
enim primo libero arbitrio ut postea credat per
fidem & sic mundetur. Paruulus autem nihil co
operatur. sed per solum baptismum recipit fidei
per quam mundatur. habet autem fidem in habi
tu. sed est habitus quidam p̄p̄nquior actui. & q̄
dā remotus. & quidā explicatus. Itaq̄ sicut sim
plex vetula fidem habet implicitam de quib̄dā
articulari. sic iste cum venerit ad annos discretio
nis fidem habebit. sed in habitu implicito & re
moto ab actu. sed aliqua leui explicatōne credet
in actu. baptismus quidem actuale peccatum tol
lit totaliter. non tamen originale totaliter. quia
non quantum ad penam. aliquando enim quod
minus est maioris est coheretie. sicut gratia mor
talia peccata expellit non tamen uentilia que dif
ficillime sepepantur. Cum quibus etiam decedit
homo iustus. Itaq̄ baptismus non aufert mortē
corporalem & alias huiusmodi penas quinq̄ de
caulis. Quarum prima est humiliatio scilicet ut
per miseriam humilietur qui per superbiam ceci
dit. Vnde iob. Sagitte domini in me sunt quaz̄
indigna. c. s. in superbiam. Secunda causa est
incussio timoris ut homo attendens seueritatem
virge domini. caueat sibi a gladio. id est a pena i
ferni. Vnde sequitur. Et terrores domini mili
tant contra me. Tercia causa est stimulatō. Vn
de in osee. In funiculis ade erabam illos & in vi
culo caritatis. Quarta ut homo attendens huius
vite miseriam conetur querere meliorem. Quin
ta ne homines magis appetere baptizari p̄p̄
ter vitam corporalem. q̄ p̄pter spiritualem. Vi
dit autem apostolus. q̄ sine penitentia sunt do
na dei. scilicet que donat spiritus sanctus in ba

ptismo. Sed contradicit autoritas. aut homo pu
nit. aut deus punit. Ideo dicendum est q̄ bap
tismus efficaciam suam habuit a passione christi p̄
omnibus baptizandis. quia ut dicit Esaias. Di
sciplina pacis nostre super eum. & ipse peccata
nostra. id est. penam pro peccatis petulit in
corpore suo super lignum. sicut dicit petrus. Si
ergo decedat iste statim post baptismum euola
bit. quia per contritōnem baptismum p̄ceden
tem cum passione domini sufficienter punitus iu
dicatur a bonitate dei. Et dicimus q̄ corp̄ christi
in se dignius & efficacius est q̄ baptismus.
Sed non sequitur q̄ sit efficacius in quantum sa
cramētum. Nec etiam eucharistia instituta est
ad tollendam culpam & penam. sed est sacramē
tum vnionis. baptismus vero est sacramētum
renouationis. unde aufert omnem vetustatem
tam culpe q̄ pene. quod non facit eucharistia.
Nota q̄ passio christi aperuit ianuam paradisi.
per sacrificiōnem & per causam meritoriam &
vniuersalem omnibus baptizandis. baptismus au
tem aperit per causam efficientem singularem.
Iustum enim hominem singulare facit euolare.
Ascensio v̄o christi aperuit p̄ effectum.

XXV.

**De baptismo etiā heretico
rū non iterando.**

Sacramento quidem facit iniuriam qui
dicit ipsum pollui per pollutōnem mi
nistrozum. Dicimus tamen q̄ bap
tisma hereticorum facit quosdam filios dei ut par
uulos. quosdam vero non. ut adultos. qui imbu
ti sunt errore hereticorum. tamen verum bap
tisma recipiunt. unde si veniant ad vnitatem eccle
sie non sunt rebaptizandi. Quia dicit augustinus.
Sanandum est quod vulneratum est. non curan
dum quod sanum est. Sani autem sunt huiusmo
di quantum ad illud in quo communicant cum
ecclesia scilicet quantum ad baptismum. Si vero
heretici paruulos baptizent dicuntur illi filij ec
clesie. non q̄ dominus eos genuerit de ecclesia q̄
est legitima sponsa sua. sed quod de heresi tan
q̄ de ancilla ad opus ecclesie. Ecclesia tamen su
os reputat quos cumq̄ generat dominus. siue per
illos qui sunt de ecclesia. siue per hereticos siue
per paganos. unde ingredere inquit ad ancillaz̄
meaz̄ &c. Baptisma igitur hereticorum facit re
missionem peccatorum. & ibi est spiritus sanctus.
non in hereticis sed in sacramento suo. id est. spi
ritus sanctus quantum est in se. paratus est dare
gratiam suam per baptismum. nisi per recipientē
obstiterit. Multiplex autem assignatur causa qua
re baptismus non iteratur. Prima est quia cum
baptismus delet culpam & omnimodaz̄ penam
si iterare discernerent hoies per campos licen
tie vsq̄ ad extremaz̄ necessitatez̄ in qua facerent
se baptizari. & sic statim euolarent. Propter hoc
instituit dominus ut vnus esset baptismus. Se
cunda causa est allegorica. baptismus eni; habet
efficaciam suam a morte christi que vnica est.
Tercia ne fiat iniuria baptismo. Character ei ba
ptismalis perpetuus est. Remanet etiā i hereticis
& etiam in damnatis in inferno. unde non est si
mile de eucharistia. quia corp̄ christi non rema
net p̄petuo in homine. nisi q̄dū forma panis du
rat. Ideo non fit iniuria eucharistie si iteretur.

W

XXVI. De accedentibus ad baptismum recte vel ficte.

Non est autem necesse qd adultus accedat ad baptismum contritus. potest enim accedere attritus & dolens d peccatis. & tunc per virtutē baptismi ei dimittuntur. Si vero accedat contritus tunc iam habet fidem spem & caritatem. & dimissa sunt ei peccata quantum ad culpam. Baptismus autem sequens augmetat in ipso gratiam & tollit penam. id est. omnem satisfactōem exteriorē; interiorē vero non. Sacramentū igitur & rem simul suscipiūt oēs paruuli. qui in baptismo ab originali mundantur peccato. Adulti quoq; qui cum fide baptizantur. Qui vero sine fide accedunt vel ficte sacramentū non rem suscipiunt. Qui autē effūdūt sanguinē pro nomine cr̄isti. & si non sacramentū rē tamen rescipiūt. nec tantū passio vim baptismi implet sed etiam fides & contritō. ubi necessitas excludit sacramentū. Fictē autē accedens suscipit baptismū sed non effectum baptismi q̄diu durat fictio. recedente vero fictōne baptismi effectum suum habet. id est. facit quod prius fecisset si fictio non impediuisset. unde delet totaliter omnia peccata que habebat iste ante baptismū. sed non delz illa que fecit post. nisi quantum ad culpam. q̄ non est institutus ad delendum peccata futura sed tantam presentia & preterita. Et etiaz si ita esset uideretur isti dolus fictōnis patrocinari. constat enim quia si non fictē accessisset. penitentia sequēs peccata post facta nequa q̄ in eo totaliter delezeret. Itaq; de illis que fecit ante baptismū non est ei iniungenda penitentia exterior. baptismus enim non exigit gemitum neq; planctum. exteriorē itelligite. nullus enim adultus saluatur etiam baptizatus nisi habeat penitentiā interiorē scz contritōnez. sz de alijs que fecit post baptismū iniungēda est ei penitentia exterior. & etiam de ipsa fictōne scđum vnum modū. Est enim duplex fictio. vna scđm qm aliquis credit baptismū non prodesse. que ē fictio incredulitatis. istam non delet baptismus cū sit baptismi contraria. Vnde de ista iniungēda est penitentia. Est alia fictio scđum quā quis non contritus recipit baptismū. & hoc est peccatum omissionis vel negligētie. ista totaliter deletur per baptismū. Baptismus enim non solum gratiam confert sz etiaz cumulū gratie. Est enim caracter illuminās ad sciendum quid faciendum & quid non magis q̄ sciatur p sola naturalia. & debilitat fomitem ac remittit.

XXVII. De sacramēto cōfirmatōnis.

Nunc de sacramēto cōfirmatōnis dicendum est. quod tempore apostolorum non legitur ab alijs q̄ ab ipsis pactum. nec ab alijs q̄ qui locum eoz tenent perfici potest aut debet. Licet autē presbiteris baptizatos tangere in pectore sed non crismate in fronte signare. Circa essentiam huius sacramēti quinq; exigunt. Primus est forma verborū. Secundū intentō confirmantis. Tercius dignitas confirmatoris. oportet enim qd sit episcopus. Quartū est ipsa materia scilicet crisma. Quintum est locus in quo crismatur scilz frons. Forma verborū talis est. Confirmo te signo crucis & crismate salutis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Datur autē hoc sacramētū ad robur ut idonei simus pungrē & portare nomen xp̄i coram regibus. & hoc signat ipse locus & materia. Locū quia cōfirmatō fit in fronte. ne videlicz erubescamus confiteri nomē cr̄isti coraz hominibus. Cor

de enim creditur ad ius. ore autem confit. & hoc sacramentū non habuit petrus quando ad vocem ancille erubuit nomē xp̄i. Idem etiā significat ipsa materia scz crisma. Inunguntur enim pugiles ut difficilius possint capi ab inimicis. Conficitur autem crisma ex oleo & balsamo. Oleū enim significat nitorem consuetudine & leticiā spūalem p quaz spiritualia bella supantur. Balsamū autē significat odorē bone vite per quez interficiūt serpentes. id est. demones. Itaq; quando xp̄us insufflauit in discipulos dicens. Accipite spiritū sanctum &c. hec datō significauit gratiam que datur in baptismo. Semel autē iterum dedit spiritū sanctum d celo in die penthecostes ad robur. & hoc significauit robur gratie quod datur in sacramēto cōfirmatōnis. Vnde urbanus papa. Spiritus sancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis scientie & virtutis in cōfirmatōne confertur. Et iterū Omnes fideles per impositionem manus episcopoz post baptismū debent recipere spiritū sanctū ut pleni inueniatur xp̄iani. Sed distinguitur plenitudo duplex. scilicet sufficientie. & hec datur in baptismo. copie. & hec in cōfirmatōne.

XXVIII.

De collatōne huius sacramēti ad baptismum.

Hoc itaq; sacramentū malchiasdes papa dicit maius esse baptismate. quia a dignioribus datur & in digniori parte corporis fit. id est. in fronte. vel forte quia maius virtutum augmentum prestat licet baptismus ad remissionē plus valeat. baptismus quidē est sacramentū intrāctū in ecclesiam. cōfirmatō vero est sacramentū proficiētū et pugnantū contra mundū. carnem & dyabolū. Igitur in sacramēto cōfirmatōnis non datur alia res vel alia gratia q̄ in baptismo. sed que data est in baptismo cōfirmatur & roboratur. unde dicim? sine preiudicio qd idē est caracter baptismi & cōfirmatōnis in essentia. differētia tamē est scđum ratōem differunt etiā scđum statum. quia alius est status incipientiū alius proficiētū & pugnantū. Nō autē presbiteri dare possunt hoc sacramentū quia possunt dare baptismū quod vno modo maius ē. Quia sacramētū dicitur magnū quattuor modis. Primo quātū ad efficaciam. & hoc modo dicitur baptismus magnū sacramētū. innouat enim hoīem totaliter. Secundo quātū ad essentiā suā. & hoc modo sacramentū eucharistie dicitur magnum propter dignitatez essētie corporis xp̄i. Tercio quātū ad signū sicut dicit apostolus matrimoniu magnū esse sacramētū in xp̄o & ecclesia. significat enim matrimoniu spūale quod ē inter deū & ecclesiaz. Quarto quo ad effectus p̄rogatiū & dignitate. & hoc modo cōfirmatō & ordo magna sunt sacramenta. Dignior est enim gratia consummata vel confirmata q̄ gratia simplex. non prodest autē confirmatō si detur non baptizato. quia confirmatō est dispositio baptismi. unde non potest esse sine baptismo. maxime cuz baptismus sit ianua sacramentoz. Nec ē simile de ordine. ubi si quis maiore ordini pretermisso minore receperit. sufficit suppleze quod obmissū est. quia vn? ordo non ē dispositio alterius. imo diuersi ordines diuersa habent officia distincta a se iucez. non est autē iterādū confirmatōnis sacramētū cū habeat caracterez. hoc sacramentū a ieiunis debet tradi sicut & baptismus nisi aliter cogat necessitas.

XXIX. De institutōne eucharistie.

26

De institutione eucharistie dictum est superius suo loco. Hoc sacramentum excellenter dicitur eucharistia. id est. bona gratia. quia in hoc non modo est augmentum virtutis & gratie. sed ille sumitur totus qui est fons & origo totius gratie. Cuius figura precessit quando manna deus pluit in deserto. unde panem angelorum manducauit homo. Dominus igitur hiesus ad invisibilia paterne maiestatis migraturus celebrato cum discipulis tunc pascua. quiddam memorabile eis commendare uolens. sub specie panis & vini corpus & sanguinem suum eis tradidit. ut ostenderet legis veteris sacramenta. inter que precipuum erat agni paschalis sacrificium in morte sua terminari. ac noue legis sacramenta substitui in quibus excellit misterium eucharistie. Ideo & per alia dedit ut hoc unum artius memorie discipulorum infigeretur. & ab ecclesia deinceps frequenteretur. Sed non exinde discipulorum scilicet in posterum ut post alios cibos sumatur. sed potius a ieiuniis sumi oportet. sicut apostolus docet. ut singulari reuerentia diiudicetur. id est. disceratur ab alijs cibis quod dominus disponendum reliquit. Sub alia autem specie sumendum instituit. ut fides habeat meritum que est de his que non videtur. Et etiam ne abhorreter animus quod cerneat oculus. quia non habemus in usu carnem ciuam & sanguinem comedere. Panis autem ad carnem refertur. vinum ad animam. quia vinum comparatur sanguini in quo sedes anime a phisicis esse ostenditur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur. ut anime & carnis susceptio in christo. & utriusque in nobis liberatio significetur. quia caro christi pro salute corporis. sanguis vero eius pro anima nostra offertur. Sub utraque tamen specie sumitur totus christus. nec plus sub utraque nec minus sub altera tantum sumitur. tamen non fit conuersio panis nisi in carnem. nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta sed unum quia sub utraque specie unum & idem sumitur. nec iteratur sacramentum. quia benedictio non reperitur. Aqua vero admiscenda est uino quia aqua significat populum qui per christi passionem redemptus est. Cum igitur in calice uino aqua miscetur. christo populus adiungitur & credentium plebs ei copulatur in quem credit. Quibusdam etiam autoritatibus colligitur quod eribit uinum aqua mixtum dedit discipulis. Si quis tamen non intendens introducere heresim obliuione vel ignorantia aquam pretermisit. non videtur esse irritum sacramentum. nam gratia eorum ecclesia non apponere aquam dicitur. apponenda est uero in tam parua quantitate quod possit absorberi a uino. quia christus non mutatur in ecclesia. sed ecclesia mutatur in christum. XXX.

De forma & re sacramenti.

Forma ergo panis vel vini que ibi videtur sacramentum est. id est. sacre rei signum. huius autem sacramenti gemina est res. contenta scilicet & significata. Res contenta est caro christi quae de uirgine traxit. & sanguis quem pro nobis sudat. Res significata & non contenta est unitas ecclesie. Sunt igitur etiam distinguenda hic. sacramentum & non res. est species uisibilis scilicet panis & vini. sacramentum & res. est caro christi propria & sanguis. Res uero et non sacramentum. misterium a eius caro. Porro species illa uisibilis sacramentum est gemine rei. quia utraque significat et utriusque similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis pro ceteris cibis corpus reficit et sustentat & uinum hominibus letifi-

cat atque inebriat. sic caro christi interiorum hominum plus ceteris gratias. Et sicut ex multis granis efficitur unus panis. ex pluribus uis uinum confluit in unum. sic ex multis fidelium personis unica ecclesia constat. unde apostolus. unus panis et unum corpus multi sumus. Ad hoc etiam est similitudo quia sicut panis triticeus ex purissimis granis constat. ita corpus christi uerum quod traxit de uirgine ex purissimis membris purificatis operatione spiritus sancti. Et sicut uinum ex pluribus uis constat. ita sanguis ex purissimis sanguinibus. Ita & societas ecclesiastica ex multis personis a criminali macula liberis consistit. In cuius rei tipo facta est arca domini de lignis setim que sunt imputabilia. Forma panis dicitur habere eum corpore christi similitudinem non gratia sui sed gratia panis cuius fuit forma. Efficit autem quod figurat. unit enim recipientem christi corpori misterio. Efficit autem non per modum cause efficientis sed per modum materie. Sicut enim in alio liquore quod in aqua non datur baptismus. ita sub alia forma quod sub ista non datur corpus christi. Licet autem significatum melius sit & dignius quam significans tamen hic habet calumniam. unitas ecclesie dignior est quam corpus christi. quia corpus christi habet dignitatem quandam scilicet quod est unitum uerbo quod nullam habet comparationem ad dignitatem aliquam ecclesie. hec autem uera est ecclesia siue unitas ecclesie melior est quam corpus christi. Sed hec est falsa minus bonum non facit maius bonum. quia quandoque intelligitur. facere per modum cause materialis. aqua enim baptismi minus bona est quam mundicia anime. facit tamen per modum sacramenti & materie mundicia anime. Similiter corpus christi per modum sacramenti & materie facit unitatem ecclesie & purificat & mundificat. sed per modum cause efficientis solus deus mundat & dimittit peccata. XXXI.

De transsubstantiatione panis & vini.

Dicuntur autem sacerdotes conficere corpus christi & sanguinem quia eorum ministerio substantia panis fit caro. & substantia uini fit corpus christi. Nec tamen aliquid addit corpus & sanguini. nec augetur corpus vel sanguis christi. nec conceditur quod substantia panis aliquando sit caro christi. & sic fiat caro christi sicut farina facta est panis. & aqua facta est uinum. nec tamen dicitur. farina est panis. & aqua est uinum. nec dicimus panem vel uinum esse materiam corporis vel sanguinis domini. quia non de ea materia formatur corpus sed ipsa formatur in illud & efficitur in illud. Dicit autem damascenus quod ex operatione spiritus sancti fit ille transitus sicut & conceptio dei. Itaque panis uere transit in corpus christi. Unde omnes locutiones que significant transitum concedende sunt. sicut hec. panis transit in corpus christi. vel transfertur. et transsubstantiatur. vel mutatur. vel panis fit corpus christi panis erit corpus christi. panis potest esse corpus christi. & omnes ille ille negande sunt in quibus non signatur transitus. sicut iste. panis est corpus christi. De tempore autem transsubstantiationis dicimus. quod in finali instanti prolationis horum uerborum hoc est corpus meum. fit transsubstantiatio panis in corpus christi. & hoc pronomen hoc uagam & simpliciter demonstratorem habet sicut tu cum quis dicit. tu aperit. & nescit quis sit intus. vel demonstrat corpus christi ad intellectum. scilicet corpus christi quod non est ibi sed erit. Videtur autem dicendum. quod panis non transit in aliquo instanti in corpus christi. sed in

tamen non successiue. quia non prius trāsit vna pars panis in corpus post aliam. Et propter hoc non potest dici quod in aliquanto tempe & toto transeat vel potest dici quod transit in illo totali tempore in quo profertur hec verba. hoc est corpus meum. Vnde tantum tempus exigitur & non minus. itaque successio est in transitu non ex parte panis sed ex parte prolationis verborum. De priori autem substantia quedam remanent. scilicet color sapor forma. pondus. que nec corpus christi afficiunt. nec in eo fundantur. Remanent ergo per se subsistentia ad misterij ritum & ad gustus saporis suffragium.

XXXII. De his que supra naturā vel intellectu ibi sunt.

Igitur in hoc sacramento quedam sunt secundum naturā. quedam supra naturā sed non supra intellectum. Quedam supra naturam & supra intellectum. Supra naturā sunt ibi accidentia sine subiecto. vt color. sapor. rotunditas. & huiusmodi. sed non supra intellectum. quia intellectus bene intelligit accidentia sine subiecto per abstractionem. Deus autem potentior est in operando quam intellectus in intelligendo. vnde supra naturā & intellectum est ibi christus etiam in tanta quantitate in quanta est in celo. & non excedit terminos illius parue forme. Vnde dicit damascenus quod fit ibi operatio supra naturam & intelligentiam. Dicimus ergo quod sub illa totali forma est christus ita quod sub nulla parte per se. tamen cum frangitur hostia. est christus in tege sub qualibet parte. Et hoc est non tantum ex consecratione sed ex consecratione. consecrata enim fuit quelibet pars in suo toto. Et est simile in speculo. sicut enim in speculo integro est vna sola imago tamen ipso fracto in qualibet parte resultat imago. Ita sub totali forma illa est christus qui est imago dei patris. tamē fracta hostia in quolibet parte resultat imago. imo veritas ipsius imaginis que est filius dei. vnde sicut ex oppositione rei ad diuersas partes speculi resultant diuerse imagines. ita ex prolatione verborum que precesit & fractione forme consecrate resultat christus in diuersis partibus hostie. Et accidentia que videntur sunt ibi sine subiecto. Nec sunt in corpore christi sed assistunt ei & velant ipsum vt fides habeat meritum. vnde fallit ibi locus a coniugatis. Ibi enim est albedo & tamē nihil est in ea album. Sed contra. Ibi est fractio. & aliquid est ea fractum. Solutio. quedam sunt accidentia que per alia accidentia non sunt substantijs. quedam vero per alia. vt ibi gratia. albedo inest corpori non per aliud accidens. disgregatio vero inest corpori per albedinem. vnde cum ibi non sit substantia panis. albedo ibi est & tamē nihil est ea album. quia nulla substantia. sed ibi est disgregatio. & aliquid est ea disgregans. scilicet albedo. Eodem modo est ibi fractio & aliquid est ea fractum. quia fractio est substantie mediante continuitate. vnde cum ibi sit continuitas vere dicitur quod aliquid est fractum illa fractione. Et sic patet quod non est simile de albedine & de fractione. Item corpus in forma propria non videtur. tamen secundum quid videtur quia videtur velatum. sed non sequitur. ergo videtur. sic non sequitur. iste videt manum cirothecatam illius ergo videt manum illius. nec valet hoc. sacerdos tenet corpus christi. ergo tangit. nam hoc verbum tenet non importat aliquam immediationem. sed hoc verbum tangit importat

XXXIII. De quorūdam intelligentia que dicuntur

vel agunt in missa.

Queritur de his verbis que sunt in canone missæ. Iube hec perfieri per manus dicitur. quid demonstratur per hoc pronomen hec. postea de hac autoritate gregory. Vno eodemque momento transit in celum misterio angelorum consociandū corpori christi & ante oculos sacerdotis videtur. Queritur quid est illud de quo fit ibi sermo. Ad primū dicimus quod per hoc pronomen hec demonstrantur forme significantes sed pro vltimo suo significato scilicet pro corpore christi mystico. frequenter in sacra scriptura ponitur signans pro signato. est enim sensus. Iube hec perfieri. id est. iube corpus tuum mysticum. scilicet ecclesiam militantem perfieri per manus. id est. per operationes sanctorum angelorum qui assistunt sacrificio altaris. in sublimi altare tuum. id est. ad ecclesiam triumphantem que est in celis. hoc est iube iungi ecclesiam militantem ecclesie triumphanti. & hoc est regnum venire ad regnum. & sic cessat obiectio. Per sacramentum enim eucharistie assimilatur magis ac magis ecclesia militans ecclesie triumphanti. Ad autoritatem gregory dicimus quod impropria est & gratia diuersorum significatur transitus & consociatio & visio. vnde fit ibi sermo quantum ad illa tria de pane & corpore christi & de forma. quantum ad transitum fit ibi sermo de pane. quia panis transit in celum. id est. in celeste corpus christi misterio angelorum qui assistunt officio missæ vt dicunt sancti. Quantum ad consociationem fit ibi sermo de corpore christi quod traxit de virgine. quia per virtutem eucharistie associatur magis ac magis verum corpus christi mystico. Quantum ad visionem fit ibi sermo de forma que videtur. In huius autem misterij expletione. sicut formam oportet obseruari ita ordinem haberi scilicet vt sit sacerdos. Et intentionem haberi oportet vt illud facere intendat. Aliqui dicunt etiam non recte de illo misterio sentientes posse intendere non quidem illud conficere quod iam esset recte credere. sed illud agere quod geritur ab alijs dum illud conficit. Et sic adhibetur intentio & impletur misterium. Illud etiam sane potest dici. quod a brutis animalibus corpus christi non sumitur. & si videatur. Ex hoc autem diuiditur forma panis in tres partes. vna mittitur in calicem & significat partem illam ecclesie que adhuc uiuit. vnde ponitur in calice quia vita cuiuslibet est in sanguine. Et calix significat passionem huius seculi. vnde in euangelio. Potestis bibere calicem. &c. Alie due significant duas partes bonorum qui mortui sunt. Quidam enim sunt in paradiso. alij sunt in purgatorio. Vna ergo pars earum que in calice non ponuntur offertur ad liberationem eorum qui sunt in purgatorio. Alia vero ad gratiarum actionem quantum ad illos qui sunt in paradiso. sicut autem in manducatione corporali sunt quattuor. ita & in spirituali. Primum est manifestatio spiritualis que est diiudicatio corporis christi quale sit. quod nobile quod viuificatiuum & huiusmodi. Secundum est delectatio qua delectamur christo. Solum enim dulce et conueniens nutrit. Tercium est assimilatio specialis. Diiudicatio autem illa est proprie per fidem & similiter delectatio. Christus autem manducat nos quia assimilatur nos sibi ipsi & unit per gratiam quam infundit.

XXXIII.

Verum eucharistie cibum faciet vel nutriat corpus.

Itaque dicit augustinus quod cibus ille non

transit in uentrem sed in mentem. Si autem queritur verum forme ille euanescent vel resoluatur in alios humores potest dici quod utroque modo. Nam potest esse si deus vult quod cibus ille nutrit & faciat corporaliter quantum ad formas non quantum ad corpus christi. quia potius est cibus mentis quam uentris. Et hoc dicit augustinus quod quidam faciantur & inebriantur tali cibo super illum locum epistole ad corinthios. Alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Dicit etiam innocentiarius papa tractatu de officio missae quod forme ille resoluuntur in eosdem humores in quos resolveretur panis si ibi esset. Corpus uero christi non nutrit corporaliter. Desinit autem ibi esse corpus christi quanto desinit forma panis esse. Nec est dicendum quod desinente forma panis esse ascendat corpus christi in celum. aut sacerdote presentente hec uerba. hoc est corpus meum. descendat corpus christi de celo. sed sicut diceretur secundum unam opinionem quod ex sola opposicione colorati ad visum sine aliqua mutacione medijs aeris fit aliqua imago colorati in oculo. ita ex prolatione horum uerborum. hoc est corpus meum. debito modo facta a sacerdote sine aliquo descensu vel motu est corpus christi in altari. & sine aliquo ascensu forma panis desinente esse. est corpus christi in celo. quod prius erat sub illa forma & modo non est. Modo quidem sub forma propria corpus christi est in celo primo & per se. & in altari est uerum corpus christi tamen per quandam resultatorem sicut superius dictum est. Absit autem ut inhonestam corporis egestionem cibus ille sustineat. qui corpus & animam ad eternam honestatem parat. De quibusdam patribus sanctis legimus qui sola comunione dominica diebus tantum dominicis signati pluribus annis uixerunt. hoc igitur concedere possumus. posse scilicet aliquem ex uirtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore uiuere. Secessus autem ei fieri exinde omnino non potest. Quod si fiat secessus eo tempore aut ex reliquijs ciborum preteritorum aut ex defectu sui corporis. id esse nec esse est.

XXXV.

De indigne sumentibus vel tangentibus.

Sumentes quidem corpus christi in peccato mortali non est malum in genere. quia si aliquis probabiliter credat se non habere peccatum mortale. licet habeat. sumentes corpus christi non est ei peccatum. Et hec autoritas si desit fides vel caritas. iudicium sibi manducat & bibit. intelligenda est si desit in conscientia. id est si credat se habere mortale. Sed queritur utrum illi sacerdos debeat dare corpus christi quez scit esse in mortali peccato. Et dicitur quod si notorius sit non debet ei dare. nec in occulto nec in publico. si autem non sit notorius non debet ei negare in publico. exemplo domini qui dedit corpus suum iude qui non erat notorius. Dicitur etiam quod aspiceret corpus christi non est peccatum etiam indignis. imo bonum est. quia cum caritas ut dicit augustinus. sit idem quod desiderium uidentis deum & fruendi deo. aspiceret corpus christi per uocatiuum est ad dilectionem dei. & multorum petitiones exaudiuntur in ipsa uisione corporis christi unde multis infunditur tunc gratia. quo designatur est in libro numerorum. ubi illi qui aspiciebant serpentem eneam liberabantur a moribus aspidum ignitorum. Quod uiri bethsamite percussis fuerunt quia uiderunt arcam domini. hoc non fuit ex indignitate eorum. sed quia prohiberetur erat eis ne uiderent. Tamen tangere corpus christi indignis peccatum est dupli-

26

ci ratione. Prima est. quia deus iniquos odio habet unde sicut caritas exigit comunitionem. ita odium separationem & elongationem. Et propter hoc dicitur publicanus a longe stans. &c. Presumit ergo qui ei adeo propinquat ut ipsius tangat cum sit indignus. Alia est ratio. quia ut dicit hieronimus super malachiam panem pollutum comedit qui ad altare dei indignus accedit. unde qui pollutus est & tangit corpus christi quantum in ipso est ipsum polluit. Qui uero ex sola reuerentia tangit sicut ille qui subleuat de terra non peccat quous sit indignus. Sed sacerdotes indigni qui celebrant peccant mortaliter quia vel celebrant ut habeant oblationes. vel ne incurant infamiam. vel ex aliqua alia libidine. De sacerdotibus uero qui nocturnam patiuntur pollutionem. dicitur generaliter quod non debent celebrare nisi confessi fuerint prius. nisi necessitas cogat. & tunc conteri debent & dolere. huiusmodi enim pollutio habet causam semper inhonestam. Aut ei est ex turpi imaginacione precedente. aut ex crapula. aut ex natura uolente se exonerare. & tunc etiam non est ex natura indita sed ex natura corrupta. unde ibi habet locum autoritas illa. Bonarum mentium est ibi culpam cognoscere ubi culpa non est.

XXXVI.

De causis institucionis huius sacramenti. & quale tunc datum sit corpus christi.

Et autem multiplex causa institucionis huius sacramenti. Prima est commemoratio passionis christi sicut ipse dicit. que triplex est. prima est commemoratio amoris que ostendit nobis in cruce. quia maiorem caritatem nemo habet &c. Secunda est liberacionis. quia per passionem suam liberauit nos a seruitute dyaboli & carcere inferni & mortis. Tercia imitacionis christi. ut scilicet imitemur patientiam & humilitatem & alias uirtutes quas ostendit nobis in cruce. Secunda causa est meritum fidei. quia meritum fidei est & laus. credere quod non uides. & maxime illud quod est supra rationem. Tercia est subleuatio spei. uult enim deus quotidie presentialiter & corporaliter esse inter nos. ut magis speremus obtinere petitiones nostras. Quarta est ut epulemur in azimis sinceritatis & ueritatis. Quinta & ultima ad remedium peccatorum uenialium que quotidie facimus. Dicit autem quedam glossa super leuiticum. quod christus prius suum sumpsit corpus. & postea dedit discipulis. porro tale dedit quale tunc habuit. id est mortale & passibile. nunc uero sumitur a nobis immortale & impassibile. nec tamen maiorem habet efficaciam. Eucharistia uero intincta non debet dari populo pro supplemento comunione. quia non legitur christus aliqui discipulorum tradidisse panem intinctum nisi iude. Tunc uero non accepit iudas corpus christi. sed tantum panem. Corpus uero & sanguis christi cum alijs discipulis ante perciperat. Et nota quod lucas dicit dominum addidisse hoc facite in meam commemorationem. quibus scilicet uerbis instituit hoc sacramentum. & tacite premissum desinit. quasi diceret sicut uetus pascha celebrabatur in memoriam liberacionis populi de egipto & manu pharaonis. sic dedit hoc sacramentum frequentate uos & successores uestri in memoriam mei. qui libero uos de tenebris peccati & inferni & de manu dyaboli.

XXXVII.

De sacramento penitentie

Ut autem dicit hieronimus penitentia est secunda tabula post naufragium. Et au-

bratius penitentia est mala preterita plāgere. & plāzenda iterum nō committere. Itēz augustinus? Inanis est penitentia. quā sequens culpa cōtinuat. nichilqz profunt lamenta si replicantur peccata. Ideo sane ita diffinitū potest. Penitentia ē virtus vel gratia qua commissā mala cum emendationis proposito plangimus & odimus & plāgēda ulterius cōmittere nolumus. Sic igitur in uerbis predictis intelligitur non cōmittere. id est. nolle cōmittere. Potest etiā dici qd descriptio illa ambrosij data est scdm esse optimum penitentie quod est quando penitens finaliter perseverat. penitentia quidem non est virtus specialis. sed cōmuniter omnium. Nec est in aliqua vi. sed in qua liber. id est. in anima secundum quamlibet vim. nam & proprie loquendo luctus non est virtus sed status virtutis sicut pax. porro sicut in alijs quibusdam sacramentis tria sunt. vnuz quod est sacramentum tantū. aliud quod est res tantum. aliud quod est sacramentū & res. Ita & hic sacramentum tantū est confessio cum absolutōe sacerdotis. Sicut enim sacramentū baptismi i duobus consistit scilicet in elemēto & verbo. & cōfirmatō i duobus. scilicet crismate & forma verborum. ita in penitentia sacramentū consistit in confessione peccatoris & absolutōe sacerdotis. Et sicut in sacramento baptismi elemētū ē materiale respectu verbi. ita confessio respectu absolutōis. Et sicut elemētū sine verbo non ē sacramentū nec verbum sine elemēto. ita confessio sine absolutōe vel ecclēsiā. Vnde confessio que fit non sacerdoti vlnon suo sacerdoti non ē sacramentū. quia ille non habent potestatem absoluenti. Res tantū est remissio peccati. Sacramentū & res est contritō cordis. Res respectu confessionis. & sacramentū respectu remissionis peccati. Quidam autem dicunt. qd confessio efficit quod figurat. scilicet remissionē peccati. sed non omne quod figurat. scilicet quia non efficit contritōnem cum ipsa sit posterior natura & tēpore. Nec est necesse ut dicunt qd sacramentū noue legis efficiat omne quod figurat. sicut i sacramento altaris forma panis figurat corpū xpi nec tamen efficit. Sed reuera forma panis cum forma verborū efficit corpus cristi simpliciter. Ita qz sicut baptismus efficit gratiam in anima baptizati quātū in se est. ita confessio prout sacramentū est contritōnem efficit nisi impediatur. vel quantum ad esse vel quantum ad augmentum. Virtute enim confessionis & absolutōis vln datur vel augmentatur dolor & detestatio peccati & datur gratia qua de attritōne fit contritō. & ita patet qd confessio est sacramētum priusqz cōtritō. tamē contritō scdm quid prius est quo scz ad attritōnem. In diffinitōne quidē sacramenti ponitur visibilis cōmuniter ad omnes sensū. Vnde confessio est visibilis & sensibilis scilicet auditu. Dicunt autē magistri qd confessio & satisfactō sunt vnuz sacramentū contritōis & remissionis peccati. & dicuntur vnuz sicut species panis & vini ab vnitāte pncipalis significati quod est peccati remissio. Et sicut absolutō forma est cōfessionis ita iniunctō sui sacerdotis informat satisfactōnem. aliter enī neutrum esset sacramētum. XXXVIII. **De effectu eiusdē sacramēti.**

In peccato quidē duo sunt ipsū scilicet peccatū. id est. macula anime. & sequela peccati. scz obligatō pene. Similiter in contritōne duo sunt gratia. s. & dolor. qui est sequela gratie. In conuersione peccatoris ad deū tria sunt. s. peccati desertō. ppositū non peccandi de cetero. & dolor pro peccato preterito. Hec omnia possunt fieri per fidē informem vel uimorem seruile. vel etiā solo libero arbitrio absqz gratia d nouo ifusa. non tam sine deo principaliter operante. quia ut ipse dicit. sine me nihil potestis facere. Quando autē homo hec habet tunc ouertur ad deū. & ideo tunc deus ouertur ad peccatōrē. gratiam ei infundēdo. scdm illud Cōuertimini ad me & e. conuer. ad vos. Gratia vō sua presentia expellit pē. & sequelam peccati expellit p motus quos elicit ex libero arbitrio. Sed triplex ē sequela peccati que remanz etiā post remissionē culpe. Prima est obscuritas visus spiritalis. propter quam non pōt videre clare quid faciēdum. quid fugiēdum. hec significata fuit i ceco illuminato. qui primo vidit homines quasi arbores ambulantes. Secunda est difficultas bene agēdi. que significata est in infirmis lazari qui bus ligatus produit de sepulchro. Tercia est pena temporalis. Duas primas expellit gratia suis motibus per modum cause efficientis. tertiam vero per modū meriti. Ideo qz oportet ut pproprietōnetur debito modo. quod fit in iniunctōne satisfactōis. Licet igitur sua presentia expellat peccatū. tamē sequela gratie que est in confessione & contritōne non expellit omnino sequelaz peccati. ad minus quo ad tertiam. que per satisfactōem recte expellitur. & ita non superfluit satisfactō. que valet etiā ad multa alia. s. ad gratie cōseruatōnem & ad augmentum eiusdē ad plenariam absolutōem ad fomitis debilitatōem & ad vitandū recidiuatōnem. Vnde versus. Seruatur per opus ac crescit gratia. pena soluitur. atqz fomes languet. fugitur recidiuum. Deus autē qui nullū malū vult eē ipunicū. ex misericordia mutat illā magnā penā in hāc miniaz. Tamen quidam dicunt qd peccato mortali meretur quis penam eternā & tēporalē. sed eternā absolute & tēporalē oditōaliter. propterea quādo quis inchoata penitentia sed nondum cōpleta decedit. punietur maiori pena in vita alia qz i ista. Nec est inconueniens nec contra dei misericordiam minores penam mutari in maiores. quia minor pena in pntēti magis efficax & satisfactoria est & magis grata deo qz longe maior in purgatorio. huius ratō est. quia pena presens pure voluntatis est. pena vero purgatorij de necessitate. deniqz cum exit homo d hac vita exit foruz ecclesie & intrat forū dei vbi grauius puniuntur malefici. Exit forū misericordie & intrat forū iusticie. tūc enim misericordia ouertur in iudicium. XXXIX.

De tribus partibz penitētie
Exiguntur igitur ad perfectam penitentiam tria. scilicet contritō cordis. confessio oris. satisfactō operis. tribz em modis deuz offendim? consensu. verbo. & ope & ideo tribus modis eidē reconciliamur. hec est via trium dierum in exodo. de qua p moysen data est preceptum israhelico populo. Qui etiā

respondet ab: hae triduum. qui perges ad imolandum filium die tertia eleuatis oculis uidit locum pulchrum
Triduum quoque Esaias propheta dei quo nudus & discalciatus iuit plangens peccata populi. hic etiam per osee de domino dicitur. **V**ilitabit nos post dies duos. die tertia suscitabit nos. **I**onas quoque de nimue (que significat mundum) dicit quod erat ciuitas magna itinere dierum trium. **M**ox quoque ab eodem iuxta lxx. interpretes dicitur. triduum quippe de ambulacionis refereatur ad peccata cordis. oris. & operis. cui triduum subuersionis opponitur. scilicet contritionis. confessionis & satisfacionis. hoc triduo debemus expectare dominum. iuxta illud euangelicum. **M**isereor inquit turbe. quia iam triduo sustinent me. **I**deo quoque ter in canticis dicitur spemse veni. **V**eni inquit sponsa mea veni de libano. veni coronaberis. **R**e hoc est triplex resuscitatio trium mortuorum a domino facta in euangelio. **S**ed quales partes penitentiae sunt ista tria. **D**icimus quod dupliciter potest sumi penitentia. **V**no modo ut est punitio vel uictoria puniens. & modo hoc sunt partes subiectiue. **A**lio modo ut est unum sacramentum de seipsum. & sic complectitur illa tria que sunt eius partes integrales. **E**st autem triplex forum. dei. ecclesie. & hominis. **F**orum dei est diuina sententia. forum ecclesie sacerdotis arbitrium. forum hominis propria conscientia. **Q**ui iudicatur in foro proprio non iudicatur in foro dei. **F**orum dei iusticie. forum ecclesie misericordie. forum hominis conscientie. **P**rimus magnus. **S**ecundum minus. **T**ertium minimum. **X**L.

De contritione.

Escitatur quoque contritio dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi et satisfaciendi. hoc precipitur a domino per prophetas ubi dicitur. **S**cindite corda uestra etc. **A**ste dolor debet esse triplex. ut ait bernhardus. **M**erit. quia offendimus dominum & creatorem omnium. **A**crior. quia patrem nostrum. **A**ccruius. quod redemptorem. **C**ause inductiue contritionis sunt sex. **C**ogitatio & ex capudor de peccatis commissis. **D**etestatio uilitatis ipsius peccati. **T**imor de die iudicii & pena gehenne dolor de amissione patrie celestis & multiplici offensa creatoris. & spes triplex. scilicet. uenie. glorie. & gratie. **P**atet autem effectus eius in parte ex vi ipsius nominis. **D**icitur enim contritio quasi simul ex toto tritio. quod passiuue intelligendum est & actiue. passiuue quia totum cor ad litteram quasi teritur & scinditur pro nimia angustia & dolore. **A**ctiue quia tanquam fortissima machina conterit congeries peccatorum que quasi quidam murus sepabat nos a deo. **A**et hec laqueos conterit & cathenas dyaboli. hec destruit carcerem infernales que demones pauerant in inferno ante peccatrici. & vires demonum eneuat quod conterit brachium peccatoris & maligni. **Q**uia vero septem dona spiritus sancti contra septem uicia capitalia distinguuntur per oppositum. & dolor de peccato non est proprie contra aliquod uicium sed contra omnia. ideo non distinguitur inter dona. **I**tem dicimus quod sicut delectatio aliquando dicitur motus quo imberemus rei delectabili cui annexa est quedam passio mulcebris. sic dolor quandoque dicitur motus quo abhorres peccatum. cui annexa est tristitia quedam siue passio

quandoque dicitur illa passio contritio. **C**ontritio dicitur dolor primo modo. & sic est meritoia. quia non est pura passio sed motus. & est sensus rei nocive licet absentis. **N**am sensus quidem carnalis exigit rem presentem substantialiter spiritu alis non sed tantum secundum impressionem vel memoriam. unde cum in memoria est peccatum potest anima dolere de ipso. **E**t etiam melius de preterito quam de presenti. quia peccatum presens delectatione carnale habet. que retardat dolorem. **A**nima quoque dimisso peccato melius potest sentire fetorem peccati. quia odoratus spiritualis tunc melius dispositus est. **D**e quantitate contritionis dicitur. **L**uctum unigeniti fac tibi plura. **V**nde potest dici quod quilibet uere penitens magis dolet de peccatis suis quam de morte filii. & si non sentiat. **N**ec tamen oportet quod fleat corporaliter. quia huiusmodi lacrimae sunt a natura vel a gratia vel a libero arbitrio. sed spiritualiter quod est tantum a gratia tantumque potest esse contritio quod pena dimittitur omnino. **D**icitur autem a magistris doctrinaliter quod in iustificatione impij quattuor concurrunt tempore simul non natura. scilicet infusio gratie motus liberi arbitrii. contritio. remissio peccati. **D**icitur autem impius peccator adultus. **P**rimus quidem non meremur. quia non subest libero arbitrio. quia nec eo meremur. quia non est motus liberi arbitrii. neque secundum meremur. cum alius motus non precedat. sed eo meremur duo sequentia cum sit motus liberi arbitrii informatus gratia. **T**ertius quidem meremur per secundum. & eo meremur quartum. **Q**uarto uero nichil meremur quia non est motus. **X**Ll.

De confessione.

Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. **E**t dicitur confessio quasi simul vel ex toto vel ueroque confessio. nam ille confiteatur qui totum fateatur. **C**onfessio utilis est ad septem. scilicet ad peccati cognitionem. **S**acerdos enim debet notificare peccatori confitenti peccatum & quantitates peccati. **I**uxta illud leuiticum. homo in cuius cure & carne. etc. **I**tem ad satisfacionem. **E**rubescencia enim confessionis magna pars est penitentiae. **I**tem ad peccati certam dimissionem. **A**d dei glorificationem. ad mentis iocunditatem. ad diminutionem pene ex vi clauium. ad multiplicationem intercessorum. **D**ebet autem confessio esse simplex & utilis. humilis. secreta. frequens. & prompta siue obediens. **P**recipue quoque debet esse amara. iuxta illud. **S**tatue tibi spe. po. t. a. huius amaritudinis signa sunt. uerecundia. humilitas. lacrimae. fortitudo vincens pudorem. & pronitas obediencie. **I**tem debet esse festina propter quattuor. primo propter incertitudinem horre. **S**ecundum est quod moras in peccato semper accumulatur peccatorum peccato. **T**ertium est quod quanto maiorem moram fecerit in peccato tanto magis elongabitur a domino. & per consequens tanto difficilior erit conuersio. **V**nde. pro principijs obsta etc. **Q**uartum quod in extrema egritudine uix potest aliquis uere penitere. quia illuc rapitur intentio mentis ubi est vis doloris. multa enim ut ait augustinus occurrunt impedimenta. nam morbus uiget. pena terret. filij quos illicite dilexit & uxor & mater eum ad se uocant. tene ergo certum & dimitte incertum.

id est . age penitentiam dum sanus es . Item de
bz esse integra . secundum illud augusti . **C**aveas ne
verecundia ductus diuidas confessionem . **A**d hoc
autem quod integra sit nouez exigunt . scz quod sit vo
luntaria . fidelis . propria . accusatoria . vera . nuda
discreta . pura . morosa .

XLII.

Quando & de quibus oportet confiteri .

Confitemur vero quia saltem semel in
anno tenentur quilibet postquam ad annos dis
cretis peruenierit . confiteri omnia pec
cata sua . & suscipere reuerentem ad minus in pascha
eucharistie sacramentum . nisi forte de consilio p
prij sacerdotis ob aliquam rationabilem causam
ad tempus ab eius perceptone duxerit abstinen
dum . **E**t ut aliqui dicunt tantum illas circums
tancias que trahunt in aliud genus peccati tenemur
confiteri . alias autem non nisi velimus . alij dicunt
quod omnes illas que grauitate & aperte aggrauant
peccatum confiteri tenemur . sed alias minutas
non . **S**icut autem confitens circums
tancias aliquando dimittit ne scandalizet confessorem . ita confes
sor debet non inquirere aliquas circums
tancias & modos peccati . ne scandalizet confitentes . sic
igitur circums
tancia aliquando omnino taceri debet
in confessione sed peccati genus non debet tace
ri . **D**ebet etiam peccator dolere & confiteri de
bonis omissis . que scilicet potuit facere & non fe
cit . **D**e tempore quoque male expenso . & quia xpi
morum animas deo subripuit vel in malo confir
mauit . **I**tem de tristitia quam intulit bonis pecca
to . & de leticia quam eis non adhibuit . **I**tem non
solum cogitet quid & qualiter fecerit . sed quod ini
uste deum offenderit . **P**orro venialia non tene
mur ex precepto confiteri . licet bonum sit . **A**uto
ritas autem iacobi de confitendo alteruz quatuor
ad mortalia est in precepto . quantum ad venialia
consilium dat . **I**tem quod dicit glosa quod quotidiana
& leuia coequalibus sacerdotibus sunt pandenda
intelligitur de generali confessione que fit in pa
ma & completorio . **E**t verum est quod quicumque of
fendit tenetur satisfacere & confiteri speciali ul
generali confessione . nam qui non confitetur se esse
peccatorem corpore peccator efficitur . vnde **I**oh .
Si dixerimus & c . **E**t quia quilibet tenetur con
fiteri ad minus semel in anno . qui non habet nisi
venialia tenetur confiteri illa . **E**t ita per accidens
& in casu verum est quod aliquis tenetur confiteri
venialia propter bonum obedientie . **P**orro verum
veniale requirit contritionem . dicimus quod non ni
si generalem . quia per penitentias & elemosinas
& alios pluribus modis dimittuntur venialia et
etiam in purgatorio .

XLIII.

Quibus personis confitendum sit .

Tenetur ergo penitens confiteri proprio
sacerdoti qui tenetur ei edere sacramen
ta . in quorum collatione vertitur sibi pi
culum nisi faciet posse suum ut sciet cui det . **F**al
lit autem regula predicta in quinque casibus . in quibus
potest cui data est potestas imponendi peni
tentias in aliqua prochia ab episcopo audire con
fessionem alterius prochiani . videlicet cum ille ex
traneus peccauit in prochia sua . **I**tem si mutauit
ibi domicilium . **I**tem si est ibi vagabundus . **I**tem si
petijt & obtinuit licentiam a sacerdote suo que
videbat impericium & insufficientem volens ire ad
alium discretum . vel quia longum iter arripuit .

petijt licentiam ut posset in itinere confiteri . **I**tem
in articulo necessitatis . **S**ed nunquid in his casibus
poterit audire confessionem illi quibus non
est data potestas ab episcopo . **R**espondemus quod
non in primis quattuor casibus . quia licet ipsi pe
nitentes sint absoluti quod possint confiteri . non ta
men sunt illi absoluti quod possint audire . **I**tem pro
prius sacerdos non potuit dare talibus iurisdic
tionem siue potestatem talem . sed episcopus solus
potest illis qui sunt in suo episcopatu non alius .
In quinto vero casu secus dico . quod ut ait augusti .
Tanta est vis confessionis ut si imminet articu
lus necessitatis . sicut quando quis infirmatur ad
mortem . vel debet inire bellum iustum . & deest
sacerdos confiteatur proximo . & ita non solum
clerico . sed etiam laico licet tunc confiteri .

XLIII. **D**e modo audiendi confessiones
& faciendi interrogatores .

Diatrichialis sacerdos vel alius cui epi
scopus dederit potestatem audiendi con
fessiones poterit imponere penitentiam
subditis de omni crimine nisi in casibus . **V**nus est
de quibus est solennis penitentia iniungenda . ali
us de excommunicatis . quos potest aliquando absol
uere & aliquando non . **T**ertius ubi cunctis iueit
irregularitatem contractam . quia propter illam de
bet penitentem remittere ad episcopum ut ipse di
spenset cum eo si potest . vel cum literis suis mit
tat eum ad papam . **Q**uartus est de incendiariis
Quintus si sit consuetudo in aliquo episcopatu
quod aliquorum certa crimina ad episcopum referan
tur . nam horum etiam aliqui mittuntur ab episco
pis ad sedem apostolicam propter enormitatem cri
minum & ad terrorem . **E**t credo quod episcopus non
intelligitur delegare huiusmodi maiora in simpli
ci delegatione . nisi expresse dictum sit . cum ad ip
sius correptionem videatur specialiter spectare .
Item notandum quod sicut penitens non debet nomi
natim specificare personam cum qua peccauit . nec
circumstantias per quas intelligi possit . nisi esset
forte notorium . vel aliter non posset recte confi
teri . ita non debet sacerdos personam specifica
re in interrogacione . sed uterque insistat caute circa
qualitates persone . sicut si erat virgo vel corrupta
vidua vel meretrix vel coniugata . consanguinea
vel sanctimonialis . & similia . **P**orro neque verbo
neque facto neque signo debet sacerdos reuelare pec
cati confessionem nisi in vno casu scilicet quando aliquis
confitetur heresim suam & multos corripit . nec
vult aliquo modo resipiscere . tunc enim sacerdos de
bet dicere omnibus ut vitent illum tanquam hereti
cum ipso premonito . & per se & per episcopum si opus est
vnde versus . **E**st heresis crimen quod nec confessio
celat .

XLV.

De satisfacione .

Ut autem ait Gregorius . satisfactio est cau
sas peccatorum excidere . & eorum sugge
stionibus aditum non indulgere . **D**uplex
est autem excisio peccati . **Q**uedam enim est excisio sim
pliciter que fit per fugam & abstinentiam a pec
cato . quedam violenter que fit per contrarium . ut ie
iunium per quod exciditur causa luxurie . **D**ato
elemosine per quam causa auaricie . **V**ti vilibus per
quod superbie & huiusmodi . **E**t sic excidere summe a
greg . **I**taque sacerdotes semper debent aliquam
satisfactionem iniungere licet in contritione aliquando

omnino tollatur peccatum. quia ipsi non vident
hoc. s; xpus cui patet corda. ipse vidit contritionem
mulieris. & ideo nullam aliam iniunxit satisfactionem
Notandum tamen quod confessores quidam iniungunt
ad fundamentum satisfactionis. ut abstinere a pec-
cato & restituere ablatum. sine quibus non potest
esse satisfactio. Quaedam ad expeditionem satisfactio-
nis. ut vitare loca suspitosa. mala consortia. quodam
ad substantiam satisfactionis. ut ieiunare. pegrinari.
quodam ad perfectionem & securitatem satisfactio-
nis. ut opera superogationis. quodam ad preservationem.
ut aliquando abstinere a carnibus. a forti vi-
no & huiusmodi. quodam etiam ad maius meritum
quodam ad exemplum proximorum. Et dicimus
quod contritio quantumcumque parua sit omnino tol-
lit peccatum quo ad culpam & penam eternam.
sed non quo ad penam temporalem. Item magis
satisfacit quod quantumcumque dato elemosine. & ma-
gis placet deo. non tamen cessare debet dato elemo-
sine. quia penam temporalem minuit & meritum
auget. & aliquando orationibus pauperum quibus
datur elemosina confertur gratia vel sanitas. vel
deuotio. vel prosperitas. vel augmentum vite ter-
pulis. sicut dicit apostolus. **Consistite autem satisfac-
tione in tribus. scilicet oratione. ieiunio. & elemosina.**
ut iste ternarius contra illum repharium dyabo-
li ternarium opponatur. **Oratio** contra superbi-
am. ieiunium contra carnis concupiscentiam. ele-
mosina contra auaritiam. **Elemosina** autem est tri-
plex. prima consistit in cordis contritione. iuxta
illud. **Miserere anime tue p. d.** Secunda in compas-
sione proximi. **Tercia** in largitione & manuali cura
corporali. & breuiter in quocumque consilio & sub-
sidio quod impendimus proximo. **Oratio** quoque tri-
plex est scilicet vocalis. realis. mentalis. Et ut ait au-
gustinus ipsum desiderium continua est oratio.
Est autem oratio pius affectus mentis in deum ten-
dens. plerumque ne pigrescat in voce prurpensa
Vel sic **Oratio** est cogitatio vocum ad aliquod in-
petrandum in deum tendentium. **Exiguntur** in ora-
tione. xiiij. scilicet quod sit fidelis. secreta. humilis. discre-
ta. deuota. verecunda. secreta. pura. lacrimosa. at-
tenta. secunda. operosa. & assidua. **Ieiunium** etiam
est triplex. **Primum** est corporis a cibo materiali.
Secundum afflictionis a gaudio temporali. **Ter-
cium** spirituale a peccato mortali. **Dominus** insti-
tuit primo ieiunium in paradiso. & postea sancti-
ficantem cum ieiunauit in deserto. **Ieiunium** debet
sepe hec quattuor comitari. scilicet largitas. leticia.
hora. & mensura. **Ieiunio** autem ad macerationem
carnis annexa sunt duo scilicet vigiliae & flagella. quae
etiam quadruplicata sunt. **Prima** consistit in armis
penitentialibus. scilicet cinere & cilicio & lacrimis. se-
cunda in pectoris tunctione & cuiuslibet egritu-
dinis afflictione. unde sacerdos debet dicere pe-
nitenti. quod omnia ista satisfactiois opera sint ei pro
parte penitentiae. & valent ei omnia si assidue
uota penitentiae. **Opus** ex caritate factum in qua
tum penale est satisfactorium in se. & quanto ma-
gis penale tanto magis satisfactorium est. Unde
dare centum magis satisfactorium est quam dare decem
alijs paribus. tamen dare decem pauperi est magis
satisfactorium quam dare centum diuiti alijs paribus. quod
dare decem respectu pauperis plus est penale quam
dare centum respectu diuitis. Unde dominus di-
xit. vere vidua hec pau. &c. sed cum dilectio rei

non sit penalis. illa locutio. **Dimissa** sunt ei pec-
cata multa. per accidens vera est. nam quia dile-
xit multum fleuit multum. & dimissa sunt ei peccata
multa. id est. pena multorum peccatorum

**XLVI. De penitentia & operibus non
satisfactorijs.**

Quia vero opera facta extra caritatem
non sunt satisfactoria. penitentia facta
in mortali peccato iteranda est vel iuxta
arbitrium sacerdotis recompensanda. Item penitē-
tia quaedam est continua secundum tempus. ut ieiunium
diurnum. celebratio missae. talis iteranda est a capi-
te si interrupta fuit. quo ad tales penitencias.
Vita nazareorum figurat vitam penitentium. Item
alia est penitentia interpolata. ut quando praedi-
citur alicui ut ieiunet decem dies non continuos
si ieiunat quinque in caritate & quinque in mortali
non tenetur omnes iterum ieiunare. sed sufficit ie-
iunare quinque quos ieiunauit in mortali. **Si** peni-
tens in bono proposito facit penitentiam sibi iniunctam
non conscius alicuius mortalis absolutus est. unde
de si peccata penitentia recolat aliquod mortale.
sufficit illud confiteri & dabitur ei penitentia pro
illo tantum. **Igitur** ille qui in mortali facit penitentiam
digne sibi iniunctam. non est absolutus a pena. quod
non erat debitor pene ut pene sed ut emende siue
pene satisfactorie. tamen absolutus a precepto sac-
erdotis. unde non tenetur eandem iterare. sed quod non
satisfecit tenetur adhuc satisfacere. nam iuxta hie-
ronimum super spiritus ferunt. qui bona opera in mor-
tali faciunt. Item **gregorius**. Anterius fac quid quod
boni potes ut deus illustret cor tuum ad penitē-
tiam. Unde patet quod illud non est penitentia sed pro-
paratio ad penitentiam. **Sciendum** autem quod opera mor-
tificata reuiuiscunt. sed non mortua opera. **Mor-
tua** sunt que fiunt in mortali. bona tamen sunt.
Mortificata sunt illa que fiunt in caritate & po-
stea moriuntur per mortale. **Licet** autem peccatum
sequens mortificet opera prius viua. non tamen
sequitur quod caritas sequens viuificet opera prius
mortua. quia mortificare opera viua & viuifica-
re mortua non sunt contraria. quia non sunt respe-
ctu eiusdem. quod patet. quia mortificare opera
viua est mortificare opera facta in caritate. viuifi-
care autem mortua est viuificare opera facta in
mortali. que constat non esse eadem. **Porro** opera
mortificata dicuntur reuiuiscere non quia valeant
ad substantiam perire. sed quod redeunt in statum sui ori-
ginis scilicet caritatis. Et etiam dicuntur reuiuiscere
quia valent ad multa. scilicet ad maiorem radicem
caritatis. ad facilius operandum. ad minutionem pe-
ne purgationis. ad vitandum casum. ad expellendum
hostes. ad efficacius merendum. ad spei roboratio-
nem. ad satisfactionis absolutioem. **Similiter** etiam
valent opera facta in mortali ad multa scilicet ad te-
poralium bonorum multiplicationem. ad pene tem-
poralis diminutionem vel dimissionem. ad gratie
habilitationem. ad assuetudinem bene operandi.
Nam licet nullius premij sint meritoria proprie
tamen dominus remunerat ea tanquam meritoria ex
sua liberalitate. **Antantum** enim diligit bonum &
odit malum ut nullum bonum irremuneratum nul-
lum malum impunitum esse patiatur. **Interpre-
tatiue** ergo opus factum extra caritatem est me-
ritorium premij temporalis. **Nec** valet hec argu-
mentatio. quodlibet malum opus est meritorium.

alicuius pene. ergo quodlibet bonum opus est me-
ritorium alicuius premij. Malum enim ex se & ex
voluntate habet quod sit meritum pene. bonum
vero ex sola caritate que est principium omnis me-
riti habet quod sit meritum alicuius premij.

XLVII. De triplici penitentia.

Species penitentie sunt tres. Nam alia
est solennis. alia publica. alia priuata.
Solennis est que fit in capite quadrage-
sime cum solennitate. Dicitur etiam solennis licet
non ita proprie quando aliquis inuitus ad peniten-
tiam agenda mittitur ad monasterium. Hec de-
bet imponi ab episcopo tantum vel de mandato
eius a sacerdote & pro crimine publico. quod to-
tam commouerit urbem. nec debet imponi clerico
nisi deposito. Qui semel egerit eam non debet
postea promoueri. ne commistare in ordine susce-
pto. Item non debet contrahere matrimonium si
tamen contraxerit tenebit. Publica dicitur illa pro-
pria que fit in facie ecclesie. non cum predicta so-
lennitate. ut cum iniungitur peregrinatio per mun-
dum cum baculo cubitali & scapulari vel veste ali-
qua ad hoc consueta. hanc posset imponere qui-
libet sacerdos suo parochiano. quia non inuenio
sibi prohibitum nisi consuetudo esset contraria in
aliqua ecclesia. Solennis penitentia non debet ite-
rari. sed alia quolibet potest & debet quoties ho-
mo peccat. Priuata dicitur illa que singulariter fit
quotidie cum quis peccat a sua sacramento sacerdoti
confiteatur. Est autem falsa penitentia cum sic agitur
de vno ut non discedatur ab alio. vel cum penitens
ab officio vel curiali vel negotiali non recedit quod
sine peccato nullatenus agi preualet. aut si odium
in corde gesserit. aut si offensus cuiuslibet non satis-
faciat. aut si offensus offendenti non indulgeat.
aut si arma contra iustitiam gerat.

XLVIII. De numero & usu clauum.

De numero clauum quidam dicunt quod du-
plex est clavis scilicet scientia discernendi
& potestas ligandi & solvendi. Et
dicunt quod per scientiam soluitur intellectus penite-
tis per potestatem affectus. non tamen omnia aperit
scientia sed potestas perfecte aperit & claudic-
at. Unde sicut in aliqua arca quandoque sunt due
claves una que imperfecte aperit & dicitur anti-
clavis. Altera que perfecte aperit. & dicitur maior
clavis. ita est hic. Sed si scientia est clavis quomo-
do dantur claves in ordine. Ob hoc dicunt alij quod
non scientia sed officium discernendi clavis est
quod datur in susceptioe ordinum. vnde dicunt quod
sacerdos idiota clauem veram habet. sed non con-
siliarium alterius scilicet scientiam. & ideo quandoque er-
rat. Alij dicunt quod auctoritas discernendi est cla-
uis. & differt ab altera clauis scilicet a potestate
ligandi & solvendi sicut iudicium & iustitia. Auctoritas enim
discernendi soluit & ligat per diffinitionem senten-
tie. potestas vero per executionem. vnde dare sen-
tentiam est primus usus clauum. exequi secundus.
secundum hanc opinionem quam credimus esse veram
in glossa super matheum sumitur scientia discer-
nendi pro auctoritate discernendi. Vicimus ergo
quod scientia non est clavis sed annexa clauum tanquam con-
siliarius. Et potest dici quod aperire regnum celorum
nihil aliud est quam exclusum reconciliari ecclesie &
introducere. claudere vero est excludere ab eccle-

sia. Et hoc facit deus aut oritativus. sacerdos mi-
nisterio. peccator vero vite merito. Patet ergo
quid est clavis. scilicet potestas siue dignitas
discernendi aut exequendi discrete quod da-
tur in ordinatione tam idiotis quam sapientibus. quod
autem dominus ait apostolis sic intelligimus. Quod-
cumque solueritis id est. cuiuscumque absolutioem con-
firmaveritis. Consummatio autem dicitur respectu
inchoationis. quia deus inchoat solutionem dimittendo
culpam & penam eternam. & sacerdos consum-
mat dimittendo aliquid de pena temporalis ex vi cla-
uium per impositionem manuum. & hoc patet in resu-
surrectione lazari. Dixit enim dominus. Lazare veni
foras. postea dixit discipulis. Soluite eum & si-
nite abire. Igitur quando sacerdos iniungit alicui
penitentiam minorem condigna. si decedat illa con-
pleta. residuum sine dubio soluet in purgatorio quia
sacerdos non penitus consummat absolutioem
sed in parte. vnde secundum illam partem quam consum-
mat absolutus est ille in celo. porro in sicte confi-
tente que sacerdos absoluit erat clavis quo ad
quid & quo ad quid non. Errat quidem secundum ve-
ritatem. quia non soluit. cum tamen credat solue-
re non erat secundum iudicij equitatem. quia secundum exteri-
ora oportet eum iudicare sicut iudex qui preiudicat in-
nocentes secundum allegata. iuste iudicat secundum iudi-
cij equitatem. sed non secundum rei veritatem. Alij
exponunt sic. quodcumque ligaueris &c. iuste sci-
licet. Et dicunt iuste quantum ad utrumque. scilicet
quantum ad illum qui ligat & ad illum qui ligatur.
Sed hec expositio equipollet priori. tunc enim ius-
te ligatur aliquis quando deus inchoat ligatioem
& sacerdos consummat. Vicimus ergo quod totum
& tota celestis curia approbat iustam excommuni-
cationem. Sed quando prelati iniuste excommunicat
tunc non approbat actionem excommunicationis quia
peccatum est. sed passionem excommunicationis. Quod autem su-
per illud matheum. Tibi dabo claves dicit glossa. quas
si tunc habuisset. error post in eo locum non iue-
nisset. sic exponitur. quas si habuisset ita plene si-
cut postea quando fuit confirmatus uirtute ex al-
to. postea non inuenisset in eo locum erroris morta-
lis.

XLIX.

De personis habentibus claves.

Omnes sacerdotes habent claves. & illi
soli. Claves enim annexe sunt ordini sa-
cerdotali. sed liberas habent sacerdotes
curati ligatas heretici. excommunicati. suspensi.
religiosi non curati. sed tamen differenti modo. heretici
enim habent ligatas id est. mortuas. sicut paralitici
manus. Excommunicati & suspensi simplici-
ter ligatas habent vinculo scilicet excommunicationis
& suspensionis. sicut qui habent pedes ligatos.
pedes quidem habent sed non possunt eis uti ad
ambulandum. Seculares sacerdotes non curati di-
cuntur habere ligatas improprie. sed quando non
habent materiam id est. subditos. Et quia nichil
possunt nisi de licentia prelati sui. Sed queritur
si religiosus aliquis sacerdos non petita licentia
sui prelati absoluat aliquem de licentia prelati il-
lius verum sit absolutus. Quidam dicunt quod non
quia religiosus ille habet ligatas claves. Alij dicunt
quod absolutus est. quia ligatio qua ligate sunt claves
ex parte sua nihil aliud est quam quod non est sui iuris.
hoc autem non impedit quin possit absolute sibi
subditum. sed non debet absolute sine licentia

61
plati sui. unde male facit absoluendo. tñ absolue-
est. Archidiaconi non habent claves nisi sint sa-
cerdotes. habent tamē potestates ligandi & sol-
uendi per excommunicatōes. Et dicunt hanc pote-
statē habent per demandatōnem non officio sue
dignitatis. quia episcopus demandauit eis vsqz
clauium quo ad hoc. Alij dicūt qd hāc potestātē
habēt archidiaconi ex officio & dignitate sua. qz
dicit decretum qd ad officium archidiaconi perti-
net cura ecclesiarū & ordinatō. & iurgia. & con-
tentōsa iurisdicō. que penitus inutilis esset nisi
haberet potestātē coercendi per censuraz eccle-
siasticam. Et ita sicut habent contentōsam iuris-
dicōnem ex officio & dignitate sua. ita etiā po-
testatem coercendi per censuram ecclesiasticam
nec tamen habent claves. quia excommunicare &
absolvere non est principalis vsus & substantia
lis clavis. sed soluere & ligare ī foro spirituali qd
tantū sacerdotibus conuenit.

L. De mensura penarū cōmuni.

De mensura penarū videtur p multas
autoritates dicendū. qd arbitrio sacer-
dotis pene omnes taxantur. considera-
tis circumstantiis criminis. quantitate. dignitate
qualitate. Item persone dignitate. officio. paup-
tate. infirmitate siue debilitate. complexionē. cō-
suetudine. societate. lacrimis & deuotōne. Item
religionis & tēporis qualitate. necnō & alijs cir-
cumstantiis supra positis. unde leo papa. Tēpa
penitentiis habita moderatōne constituēda sūt
tuo iudicio. put conuersorū animos pspexeris
esse deuotos. &c. Item in viij synodo. hoc sit po-
situm in iudicō eorum qui presunt. vel quanto
tempore vel quali modo penitere debeāt qui de-
linquūt. Veruntamē regulariter pro peccatiōe &
adulterio ac ceteris criminalibz peccatis siue viti-
is septēnis penitentiā est imponenda. sicut domi-
nus precepit mariāz extra castra septē diebz egre-
di. & sicut ppter peccatū septiforme spūssancti
gratiam amisit. ita per penitentiā septennem re-
cuperet. Verūtamen magis vel minz aspa debz
imponi put maioritas vel minoritas criminis cū
circumstantiis hoc exposcit. vt patet in sequenti-
bus.

LI.

De quibusdam maioribus penis in canone ex-
pressis.

Exipiuntur enim ab ista regula plerū-
qz casus. scilz quibus ppter peccantis
dignitatē vel criminū enormitatem im-
ponitur maior penitentiā. naz presbiter si fecerit
fornicatōem debet agere penitentiā. x. annorū.
Item si cognoscat filiam suāz spiritualē quam ba-
ptizauit vel de sacro fonte leuauit. vel in confir-
matōne suscepit. vel que sibi confessa fuit debet
agere penitentiā duodeci annorū. & etiā de-
bet deponi. & hoc si crimen est manifestum. Si
est episcopus peniteat. xv. annis. Ipsa vero mul-
ier debet omnia relinquare. res suas pangibus tra-
dere. & conuersa ī monasterio deo vsqz ad mor-
tem seruire. Item qui cognouit monialem agat
penitentiā. x. annorū. De vitio sodomitico pa-
tet per auctoritatem augustini qd longe maius cri-
men est qd cognoscere matrem. Quocunqz autez
modo tale factuz exerceatur preterqz itez hoīem
& feminā ordinatē & in vase debito vitium con-
tra naturam & sodomiticū indicatur. Item ma-

triciā debet penitere decem annis. Et dicit. h.
qd vxorcidium maius peccatum est qd matricidiū
Alij vero cōmuniter dicunt contrarium. Im-
ponitur tamē maior penitentiā vxoricide qd matrici-
de. quia homines promptiores sunt ad occidēdas
vxores qd matres. Itēz pro homicidio casuali im-
ponenda est penitentiā. v. annorū si culpa pre-
cessit casum. aliter nulla nisi forte ad cautelam. si
quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiā
euomerit. xl. dies peniteat si laic⁹ est. Clerici ue-
ro vel monachi siue diaconi & presbiteri. lxx. die-
bus peniteant. episcopi. xc. Si p infirmitate euo-
muerit. vij. diebus. Debet etiā sumi in hoc vl-
timo casu diligenter & cremari. & cineres iuxta
altare recondi. Ex diligenti inspectōe predictē
regule cum exceptōibus suis poterit diligens i-
dagator inuenire processū ad satisfactōnem p-
dineis criminibus scdūz canones penitentiāles
iponendaz. Neqz debet sacerdos a forma predi-
cta recedere nisi ppter causam. Alij vero dicunt
indistincte omnes penitentiā arbitriā. Et hāc
opinionē videtur amplecti consuetudo. pzia ta-
men esset tutior sed difficilior.

LII. De qualitate penarū & vi clau-
um.

Item quedam crimina sunt de quibz nō
potest quis agere penitentiā nisi resti-
tuat vel renunciet si tamen potest qd
male accepit. videlicet simonia. rapina & huius-
modi. Item semper debet sacerdos iniungere pe-
nitentiā per contrarium respondentē ipsi pecca-
to. vt puta superbo oratōne & humilitatē. auaro
largitatez. guloso abstinentiā. &c. Item circa per-
sonas obnoxias alijs aliquo vinculo seruitutis
caueat pro posse ne iponat eis talem penitentiāz
per quam fieret preiudicium illis quibus tenent
astricti. & precipue circa coniugatos. Item no-
ta qd in foro penitentiā appellatur legitime fe-
rie tres dies septimane scz secunda feria quarta
& sexta. Pure vero ac proprie solus deus dimit-
tit peccata & debitū pene eterne. Dicuntur autē
sacerdotes ligare & soluere tribus modis. ligant
enī vel solunt. id est. ostendunt aliquid ligatuz
vel solutum. unde leprosos per se prius domin⁹.
restituunt sanitati. deinde ad sacerdotes misit quo-
rū iudicō ondrēcē mdati. Itē lazariū priō resuscitauit.
deinde mandauit discipulis soluere suscita-
tum. Nam & si aliquis apud deum sit solut⁹ nō
tamen in facie ecclesie solutus habetur. nisi p iu-
dicium sacerdotis. Secundus modus ligandi est
cum satisfactōem penitentiē confitentibus ipo-
nunt. vel soluendi cum de ea aliquid dimittunt
vel per eam purgatos ad sacramentorum comuni-
onem admittunt. Tercius modus est qui fit per
excommunicatōnem. & iuxta omnes modos est au-
toritas illa exponenda. quodcunqz solue. super
erzam &c. non tamen simpliciter quia interdū
sacerdos imeritos dānat & iuste ligatos absol-
uit. Unde distingue quantuz ad hoc triplex iudi-
cium. Primum dicitur. Secunduz petri in ecclesia mi-
litante. Tercium sussum in curia celesti. Primum
est quo deus mundat animam in oritōne. & hoc
precedit reliqua duo. tempore. dignitate. & effe-
ctu. Est enī eius qui claudit & nemo aperit rē.
Secundum est iudicium sacerdotis qui auctoritate
clauium ligat vel soluit in terris. id est. ostēdit

esse ligatum vel solutum a deo Et p^o hoc sequit^r
tercium quod est approbatōis scz celestis curie
& angelozū. Scđum hunc ergo ordinez sic expo
ne. Quodcunq; ligaueris super terram iudicō pe
tri vel iuste vel clauē non erante erit ligatū &
in celis scilicet per approbatōem celestis curie.
Quia quod in his pars ecclesie militans facit in
terris. approbat pars eiusdem triumphans in ce
lis. Veruz autē remissio fiat per maluz sicut per
bonum ministrum. dico q^o boni remittunt ex of
ficio & vite merito. sed mali tm̄ ex officio.

LIII. De pena excomunicatōis.

Et autē excomunicatō a cōmuniōe ec
clesie sepatō. & fit ppter contumaciam
vel aliam manifestam offensam. Consi
sit autēz hec sepatō in sacramentis & oratōibz
ecclesie & mensa corporali in collocatōe cōmu
ni & salutatōe. Excomunicatōnum alia maior
alia minor. illa est maior que promulgatur in ali
quos. vt cum dicitur. Excomunicamus petrum
vel martinuz vel omēs vsurarios. hec arceat a sa
cramentis & ab ingressu ecclesie & cōmuniōe si
deliuz que est in tribus predictis. Minor est que
contrahitur ex participatōe cum illis qui sunt
in maiori. hec sepat a perceptōe sacramentozū
non a cōmuniōe fideliz. non em̄ transit excomu
nicatō in terciam personā. nec etiā in quosdā qui
excipiuntur in decretis. De hac potest absolueze
quilibet sacerdos. de priori tm̄ qui intulit vl su
perior. Item excomunicatōnū quedā est iusta. q̄
dam iniusta. Iusta est que fit animo corripendi
& ppter culpam debitaz iuris ordīe seruato. In
iusta est in qua predicta obmittuntur. Habuit
autem ortū excomunicatō ab apostolo qui exco
municauit corinthiū fornicariū tradens eum sa
thane vt spiritus eius saluus fieret. habuit etiāz
ortuz a veteri lege ab illa maledictōe que facta
est super non obseruantes legē. Aliter etiam de
scribitur hoc modo. Excomunicatō est a qualibz
licita cōmuniōe vel legitimo actū sepatō

LIII. De inflicta a iure & a iu
dice.

Utraq; autēz infligitur quādoq; a iure
quādoq; a iudice. A iure infligitur
maior in xvij casibus. Minor autēz ex
comunicatō siue suspensio infligitur ipso iure vl
ipso actu quo ad deum. statim cum quis peccat
mortaliter. quo ad deum & quo ad ecclesiaz. cuz
quis cōmunicat cum excomunicatis. Item q̄ndo
cunq; quis in notorio crimine repellitur a sacra
mentis viuus & mortuus nisi penituerit. Infligi
tur similiter a iudice vtraq; maior quidez scđm
hoc & quosdā alios tm̄ ab episcopo. sed hoc itel
lige cum solennitate expressa in iure. hic est enī
spiritualis mucro episcopi. Alij vero prelati qui
presunt ecclesijs collegiatis & habent iurisdicti
onē sup subditos suos vt abbates. archiepiscopi
vel plebani possunt excomunicare etiāz maiori.
sed non cum predicta solennitate. Inferiores ve
ro sacerdotes parochialium ecclesiarū qui non ha
bent iurisdictōem ī subditos vt possunt itez eos
cognosceze vel iudicare ordīarie. non possunt
excomunicare maiori. nisi vbi hoc obtinent d cō
suetudine. nā in talibus cōsuetudo dat iurisdicti
onem. Minor autē ab episcopis & aliarū ecclesia
rum prelatīs infligi potest scđm omēs. Potest

autem prelatus penam istam infligere subdito
suo tm̄. vt ei qui cōmittit crimē in parochia sua
Maior infligi debet pro contumacia tantuz que
triplex est. nam alia est in non veniendo ad iudi
ciuz. siue quia pemptoria citatōne recepta veni
re contēnit. siue quia malicōse seipsuz occultat.
siue quia ipedit ne possit ad eum citatō puenire
Alia quando citatus venit ad iudicium. sed non
vult stare iuri. vel ante finitā cause examinatōez
contumaciter & illicētius recedit. Alia vero
quando offensa eius est manifesta. & iussus a iu
dice non vult emendare. Quādo cunq; ergo ali
quis fuerit vocat⁹ vel admonitus tribz edictis
vel vno pemptorio pro omnibus potest si contu
max fuerit excomunicari. non distincto vtruz p
modica vel pro magna causa fiebat vocatō ul ad
monitō. quia semper est ibi contumacia que est
maximū crimē. Minor autē excomunicatō potest
etiam iponi pro alijs culpis.

LV. De absolutōe vinculi excomuni
catōnis.

Abonni vero excomunicatōne maiori
lata a iure potest excomunicatus ab
solui a suo episcopo vel proprio sacer
dote. nisi conditor canonis reseruauerit sibi spe
cialiter absolutōnem. Reseruatur autem papa
sibi absolutōnem taliū in sex casibus. Vnus est d
illo qui verberat clericum. quē nullus potest ab
solueze nisi papa exceptis casibus scz si est in arti
culo mortis. Si hostiari⁹ alicuius potestatis sibi
ppterexu officij sui malignatus clericum lesit dū
tamen grauitē non vulnerauit. Si monach⁹ ver
berat monachum vel regularem. vel etiā scđm
quosdam secularis secularē. dum tamē viuant
in cōmuni. si sit mulier. si sit seru⁹ & hic si verbe
rauit clericum in fraudē dñi vt subtraheret se il
lius obsequio. vel si dominus ppter hoc sine cul
pa sua graue damnū sustineret. Et hos duos ca
sus intellige nisi essz grauis & enormis excess⁹
Item si fuerit leuis iniuria quam intulit clerico.
Item si sit infirmus vel pauper ipubes vel senex
vel valitudinarius. si habet inimicitias capitales
in istis octo casibus potest verberans clericū ab
solui ab episcopo suo. in primo tamen casu & du
obus vltimis excepto ipubere debet eis iniunge
re quos absoluit sub debito iuramentū. q^o cessan
te impedimento ad romanaz ecclesiam vel eius
legatum accedant. mandatum super talibus rece
pturū. Sed cōmunis est opinio q^o non reuiuiscat
excomunicatō semel extincta. si tamē nollet ad
pleze mandatu. impedimēto cessante debz exco
municari. Secundus casus in quo non pōt epus
pprius absolueze ē de illo qui incēdit ecclesiam.
& est denunciatus excomunicatus ab episcopo.
nam ante denunciatōnem ab epō potest absolui
Tercius est d illo qui frangit ecclesiam & simili
ter est denunciatus excomunicatus. Quartus ē
d illo qui scienter & sponte picipat excomunica
tis a papa & eos recipit in officijs. Quintus d il
lo qui falsat literas apo. se. Sextus est d illo qui
cōmunicat excomunicatis in crimine. Talis enim
quia ratōne criminis damnati videtur in eum de
linqueze qui damnauit ab ipso excomunicatoze
vel suo superiori. licet non sit alias subditus ei⁹
merito dicitur est absolutō requirenda qz faciētē
& osentientē par pena ostringit. vtz si difficile

fit ex aliqua causa iusta q̄ ad ipsum excomunicatozem absoluendus accedat. conceditur indulgentia inris. vt prestita iuxta formaz ecclesie iuratoria cautōe q̄ excomunicatozis mandato parebit a suo episcopo absoluatur vel sacerdote pprio. a sentētia vero iudicis non potest absolui excomunicatoze suo vel etiā ab eius superiore si ad illū fuerit appellatū. vel si excomunicatoz negligenter vel malicōse differat absolutēm & in alijs casibus in quibus potest iudicare d̄ subditis suffraganeoz suozum. Excomunicatus maior excomunicatōne pro contumacia. id est. quia nolebat venire ad iudicium vel stare iuri. debet absolui recepto ab eo prius iuramento q̄ stabit mandato ecclesie. debz autē mandatū fieri vt pareat iuri. Cuz vero pro offensa est excomunicatus. aut offensa manifesta est per sentētiā vel factū eū dentiam. ita q̄ non est locus inficiatōni. aut est dubia. In primo casu debet ante absolutēm sufficiens prestari emenda. In secūdo vero sufficit ad relaxandā sententiā si parendi mandato cōpetēs satisfactō prebeat. Debet etiā mandari sibi premissa satisfactōne debita pro offensa. q̄ de cetero similia non cōmittat. nisi quātū a iure est sibi permissum. Item debet dicere iudex hec vel eāq̄ pollentia. *Autoritate qua fūgoz absoluo te &c.*

LVI. De generalibus remissionibz & indulgentijs.

Quāz autē papa facit generalē remissionē pro subsidio terre sancte vel simili. & aliquis contritus & confessus sic fecerit elemosinā habens piam & catholicā deuotionem. credens simplicitē ac pure illud quodcūqz solueris &c. valet sibi elemosina ad onus penitētie subleuandum. & hoc ppter hoc. scilicet ppter deuotam erogatiōem. & quia obligat eum qui facit remissionem. imo & totam ecclesiā vt suffragetur ei. Sciendum tamen q̄ maioritas & minoritas remissionis pene attenditur scđum tria. scz maiorē vel minorē deuotōem ipsius penitentis & eozum qui suffragantur scđum maiorē vel minorē numerū eozundē suffragantiū. Valz etiā ad venialiū deletōnem. Item valet peccatori offerenti ex pia deuotōne licet informi ad gratie impetratiōem. *Guilhelmus antiochicorū.* Ad hoc autē q̄ huiusmodi relaxatiōes tantum valeant quantū promittit ecclesia. exiguntur. vbi p̄mum est potestas ligandi atqz soluendi. scilicet vt absoluatur ille qui absoluitur a prelato vel ab alto de prelati p̄cepto. Secundum est necessitas loci et illius cui fit relaxatiō. vt quando non potest ieiunare p̄ debilitate vel peregrinatiōnes iniunctas facere. Tercium est deuotō fidei vt scz credat ecclesiam talem potestatez habere. Quartum est status illius cui datur vt scilicet sit in statu contriti. oportet enim q̄ habeat caritatem. Quintum est discretō vt scilicet discernat apud se pro quanto vellet exonerari. vel quantum vellet dedisse vt absolutus esset a tanta penitentiā. Sextum est iusta estimatiō vt scđz q̄ ei dimittitur ipse recompēset. Sed ecclesia tacet illam duabus de causis. Prima est. quia si terminaretur. non essent fideles ita prompti ad dandum. sicut si predicaretur laicis q̄ tantū valet vnum opus meritoriū in caritate factum ad

de indulgentijs

vitam eternam quantum mille facta extra caritatem. non essent ita prompti ad faciendum bona opera. Secunda est quia si caritatē habet ille cui fit relaxatiō cum caritas nō sit sine fide. habebit iustam estimatiōem de oibz his. Fides enim ad iuncta caritati est iusta estimatrix operū spiritu alium. Ad illam autoritatem. Quodcūqz solueris &c. dicimus q̄ intelligendum est iuste. & p̄ iuste intelliguntur ista sex que dicuntur. Aliena tō quidem pecunie satisfactōia est cum sit vere penalis. Et ideo quantū ad relaxatiōem pene peioris conditiōnis est pauper q̄ diues. sed simplicitē est melior s̄. scz quantū ad relaxatiōem que fit per contritiōnem. Cuius enim & efficacius contritior pauper q̄ diues ceteris paribus. Et per contritiōnem efficacius dimittitur pena peccati q̄ p̄ elemosinarū largitiōnem. Si autē obijctur voluntas p̄ facto reputabilē. intelligēdum est quātū ad meritum vite eterne non quantū ad relaxatiōnem pene. nec valz hec argumētatiō. velle mereri est mereri. velle seruire deo est seruire deo. ergo velle satisfacere ē satisfaccē. dico qz ad hoc q̄ ali quod opus sit meritoriū vel dei seruitiū n̄ sufficit q̄ sit ex caritate. sed ad hoc q̄ sit satisfactorium exigitur q̄ sit ex caritate. & q̄ sit penale. Et sic quia voluntas satisfaciendi non est penalis. non est satisfactōia. **LVII.**

De hac de eodem.

Doro in relaxatiōibz peccatorum obliuioz & votoz fractozum cū iusta estimatiōne non possunt fieri. De his sit intelligēdū q̄ dimittuntur vel in parte d̄ toto. De cruce signatis dicimus q̄ non est necesse q̄ assumpta cruce statim euolent si decedant. Sed illa relaxatiō intelligitur vt in pluribus. frequenter em̄ illi qui accipiunt crucem parati sunt mori pro christo. & in hoc proposito augmētatur eozum caritas & per hoc contritiō. sicqz dimittit eis pena. sicut dicitur de magdalena quia dilexit multum fleuit multū. Et quia fleuit multum dimissa sunt ei peccata multa. Ad illud ergo q̄ dominus papa habet plenitudinē potestatis dicimus. q̄ habet vt faciat cruce signatos p̄cipēs omnium suffragioz ecclesie. sed non vt illum qui est debitor pene faciat euolare sine solutiōne pene. imo necesse est q̄ faciat dignos fructus penitētie. Sicut etiam non p̄t facere quim vsurarius cruce signatus restituat quod habz d̄ vsura. ad hoc q̄ eius pegrinatō sit ei utilis. De remissionibus autē quas faciunt ep̄i idē dico quo ad subditos eozundē. quo ad alios vero valebit tanq̄ simplex elemosina & non plus. nisi quibus vt potesse possent pprii iudices sp̄aliter p̄cesserūt. nūquid ergo pot̄ rit penitens post collatiōē talis elemosine cessare ab executiōne satisfactōnis sibi ab ecclesia impositē non credo. tum quia non ē certus vtum sit adhuc tota illa pena remissa. tum quia saltem ex honestate debet p̄ ieiunia & & alia bona opeza satisfacere ecclesie quam legit scandalizando eam si fuit peccatum manifestum vel etiam si fuit occultum subtrahēdo seip̄s. cū ppter p̄m se reddidit inutilem. Quid si omnes clerici qui suffragantur pro isto offerente sint in mortali. nunquid ualebunt isti suffragia eozum. non uideretur. quia peccatores no exaudit deus. Sed dicendum est q̄ ualent. quia tria dicuntur

esse in ecclesia que semper inuariabilem retinent
efficaciam. scz uirtus uerborum. uirtus sacramen-
torum. & desiderium ecclesie. Nam etiam si tota
ecclesia militans esset in mortali tamen ista uale-
rent his pro quibus fierent. Vtrum autem sacer-
dotes possint facere comutationes ieiuniorum & sa-
tisfactionis ad petitionem ipsorum penitentium
Credo breuiter qd sic. dum tamen discretè & ap-
te causam & circa subditos suos. Non tamen
hoc extendo ad vota in quibus strictius proce-
ditur.

LVIII.

**De reditu peccatorum & de purgatione
uenialium.**

Quidam autem dicunt peccata dimissa
per reditiu simpliciter redire. & quo
ad reatum. & quo ad penas. & quo ad
omnia. Isti muniunt se testimonio euangelij. scz
neq; omne debitum dicitur. Alij dicunt qd non. Sed
ideo dicuntur dimissa redire & imputari. quia
ppter ingratitudinem ita reus & peccator cõstituitur
ut ante fuerat. Isti inducunt pro se illud nau-
sedum. lxx. interpretes. Non iudicabit deus bis
dicitur. Tercij quoq; dicunt qd non redeunt. sed cum
comittimus peccata eiusdem generis dicunt redire
quodam similitudine. sicut flores redeunt in uere
Quartj dicunt qd redeunt in quattuor casib; tã-
tum. Vnus est ppter fraternu odium. ut in euan-
gelio. Serue neq; dicitur. Secundus ppter crimen a-
postasie vel heresis. Tercius ppter penitentia pe-
nitentie. Quartus si contemnat quis penitentia
sibi iniuncta adimplere. Due prime opinioniones
sunt magis solenes. S; nũquid peccata sel' offensa
tenetur quis iterum confiteri. Dicitur qd non regu-
lariter. Solent tamẽ excipi quattuor casus. vnus
cum sacerdos suus cui est confessus est iperitus
quia tunc debet cum illius licentia iteru confite-
ri peccato. Alius pro cõtempu satisfactionis. Ter-
cius cuz pro enormitate delicti sacerdos audito
crimine remittit eum ad superiorẽ. qui iterum si
ibi crimine exposito penitentia ei imponit. Quar-
tus si quando confessus est non pponerat absti-
nere a peccato. vel confessus est de vno peccato
& non de alio. Ab infirmis in periculo mortis po-
sitis pura est confessio peccatorum inquirenda.
non tamẽ illis imponenda est quantitas penitentie
sed innotescenda & amicorum orationibus & ele-
mosinaz studijs pondus penitentie subleuanduz
si forte migrauerint. nam ut ait grego. Antẽ de-
functorum quattuor modis absoluantur. aut ab-
solutõibus sacerdotum. aut precibus sanctoru
aut carorum elemosinis. aut ieiunijs cognatoru
Venialia delentur sex modis. scilicet per condi-
gnam eucharistiẽ & sumptionem. per aque bñdicte
asperisionẽ. per elemosinaruz largitionem. per ora-
tionẽ precipue domesticam. Itẽ per generalẽ cõfessi-
onẽ que fit quotidie in ecclesia. ubi non solũ ve-
nialia sed etiã mortalia oblita credendum est dele-
ri. Itẽ per epãlem bñdictionẽ vel sacerdotalez &
hoc intelligo circa eũ qui facit vel accipit ista ul-
corum aliqua cum deuotione. Item uidetur qd eti-
am p quodlib; bonũ opus deleantur.

LIX.

**De sacramento extreme vn-
ctionis.**

Uctionis extreme sacramentũ ab aposto-
lis institutum legitur. ait enim iacobus
Infirmatur quis in uobis dicitur. In quo

ostenditur duplici ex causa hoc sacramentũ institui-
tum. scz ad peccatoru remissionẽ. & ad corpora-
lis infirmitatis alleuiationẽ. si tamẽ expedit ut in
vtrorq; alleuietur. Et sicut in alijs sacramentis ita
& in isto. aliud est sacramentũ aliud res. Sacramen-
tum est ipsa unctio exterior. res sacramenti unctio
interior que peccatoru remissione & uirtutum
ampliatõne perficitur. Et si ex contemptu vel ex ne-
gligẽtia hoc sacramentum obmittitur piculosum
est & damnabile. Materia igitur extreme unctõis
est oleum ab episcopo consecratum qd dicitur oleũ
ad infirmos. In isto sacramento non imprimẽ ca-
racter quoniam est ad complementum penitentie qd
non habet caracterẽ. Et ille multe unctõnes cuz
in significando sunt unum. sunt unum sacramen-
tum. sicut forma panis & uini. Proprius autẽ ef-
fectus huius sacramenti est remissio peccatorum.
que sãp consequit dignè recipiens. s; non sãp con-
sequit corporale sanitatẽ. quia nec expedit. Itẽ
cum sacramentum illud sit consumatõnis & quan-
tum ad hoc sit dignius qd baptismus & cõfirma-
tõ qd sunt iniciatõnis tam non apponitur ibi bal-
samuz quoniam exuntibus sufficit ibi nitor con-
sciẽtiẽ. ac i articulo necessitatis. nunquid potẽ ali-
us qd sacerdos mungẽ sicut & baptizare. nõ nã
solus deus baptis male infundit gratiam ppter ea
a quocunq; datur ual; s; ad remissionẽ peccati
opatur clauis. vno cuz hoc sacramentũ ad remissi-
onẽ sit peccati annexa est ei clauis sacerdotij. or-
do igitur & oratõ fidei & oleũ d essentia huius
sacramenti sunt. sicut d essentia baptismi sũt aqua
& forma uerborum & intentõ baptizandi. Ido
uero est oratõ d essentia. quia p ipsam habet un-
ctio qd sit sacramentum. Est aut talis oratõ. p istaz
suauissimaz ul sanctissimã unctõnem & suaz pi-
issimã misericordiã dimittat tibi deus quidquid
peccasti p uisum. p auditum & sic d alijs. Datur
aut tantũ adultis. quoniam actualia comiserunt &
infirmis. qd eius effectus sanitas est.

LX. **De sacramento ordinis.**

Ordõ est signaculum sacrum quo spiri-
tualis potestas traditur & officium.
Dicuntur aut ordines sacramta. qz in
eorum pceptõne res sacra. id est. gratia confer-
tur quã figurant ea que ibi geruntur. Tales eti-
am decẽ esse ministrõs christi qui septiformi grã-
tia spiritus sancti sunt decori. quoz doctrina et
conuersationis forma eadem gratia in alijs trans-
fundatur. Igitur in sacramento septiformis spiri-
tus. vij. sunt gradus ecclesiastici. scz hosliari. le-
ctores. exorciste. acoliti. subdiaconi. diaconi. sa-
cerdotes. Omnes tamen clerici uocantur. id est.
fortiti. Corona enim signaculum est quo signan-
tur in partem sortis ministerij diuini. Corona re-
gale decus significat. & seruire deo regnare est.
vnde ministri ecclesie reges esse debent ut se &
alios regant. quibus ait petrus. uos estis genus
electum. regale sacerdotium. &c. Summitas ca-
pitis desuper nudatur. ut eorum mens ad dñm
libera monstreretur. que reuelata facie gloriã dei
contempletur. Clericus enim secretorum dei nõ
ignarus esse debet. Tondentur & capilli vsq; ad
reuelatõem sensuum. id est. oculoꝝ & aurioꝝ
ut uicia in corde & opere pullulantia doceantur
precidenda. ne audiendum & intelligendum uer-
buꝝ dei ppediatur. Pro quo seruatio reddetur

in excellis corona tonsure autem ecclesiasticę
vultus a nazareis exorcus videtur qui prius crine
seruato deniq; ob vite continentiam caput rad-
bant. & capillos in igne sacrificij ponebant. Pri-
mum igitur ordinem habet hostiarius cuius offici-
um est ecclesiam custodire quem assumpsit dñs
eiciendo de templo vendentes &c. Secundum hęc
lector cuius est recte pronuntiare lectōnes ve-
testa. & dicta prophetarū predicare. Hunc assū-
psit dominus in medio sinagoge ubi legit illud
esaię. Spūs domini super me. Tertium est exorci-
starum quorū est obfessos a demonib; liberare.
In cuius signum ipsi accipiunt de manibus epi-
scopi libzū exorcismorum. hoc officiū assumpsit
dominus demoniacos liberando. Quartum est
acholitozum id est. cerosferarioz qui ferūt duos
cereos in festiuis diebus quando legitur euāge-
lium in signum duorum preconū helie & enoch
qui precedent secundū aduentū. In non festiuis
diebus non defertur nisi vnus in signum aduen-
tus primi in quo solus iohannes fuit precursor
hunc assumpsit dominus dicens. Ego sum lux mū-
di. Quintus est subdiaconozū quorum est mīni-
strare diaconis. quod fecit dominus cum i theo-
se precingens lauit pedes discipulorum. Sextus
est diaconozū id est. leuitarū. quorū ē predicare
& sacerdoti ministrare. quo vsus est dominus poi-
cando & carnem suam ac sanguinem apostolis
ministrando. Septimus est ordo presbiterozum
id est. seniorum. quorum est corpus domini con-
secrare. quod fecit dominus in cena. Corona vō
non est sacramentū sed sacramentale. Est em̄ p̄-
paratō materialis ad suscipiēdos ordines sicut p̄-
signatō in baptismo. Et nota q̄ preparat in p̄-
domini. vnde illud dicitur. Dominus pars heredi-
tatis mee. &c. Porro quidam dicunt q̄ supra
sacerdotium non est ordo. quoniam iste excellen-
tissimus est & alij qui vidētur superiores ad istū
reducuntur. Alij vero dicunt quibus nos conse-
cratus. q̄ episcopatus & archiepiscopatus sunt
ordines. & ita sunt nouem. Licet em̄ sacerdoti-
um dignissimū sit quantum ad dignitatē rei con-
secrate. tamē episcopatus dignior est quantum ad
qualitatem. quia dat potestatem consecrandi.
Archiepiscopus autē episcopum consecrat ex of-
ficio. hoc tamē aliquando & episcopus facit. Pri-
matul autē & patriarchatus ab his non differūt
nisi scdm maiorem & minorem potestatem. Decana-
tus & archidiaconatus non habent sacrū signa-
culum. sed sunt dignitates amniculantes ad or-
dines. iuuant enim ep̄os.

**LXI. De impedimento ordinatorum
& primo d. crimine & bigamia.**

Impedimēta promouendorū siue q̄les
debeant esse promouendi ostēdit apo-
stolus. Continentur etiam his versib;
Primo precipitur q̄ sit sine crimine presul. Mono-
gamus sobrius prudens ornatus & hospes. Ca-
stus docens non percussor non litigiosus. Non
cupidus bene dispositus non neophytus ne. Ta-
lia apostolica que presit regula iussit. Licet autē
videatur regulam posuisse in episcopo tantum.
tamen vt ait augustinus & ambrosius inducens
ad hoc probandum auctoritatez scilicet. extēdēda
est etiam ad alios ordinandos. Debet igitur or-
dinandus esse irreprehensibilis & a propria con-

scientia & a publica fama & ab eo qui in eius ele-
ctionem vel ordinatōem consentit. Oportet igitē
euz fuisse virū vxoris vni; i. monogamū post
baptismū scdm hieronimū. Dicit enī q̄ post ba-
ptismū homini prozsus innouato. nec stupra
nec alia que ante baptismū fecerit obsunt. Vnde
si ante baptismū habuit vxorem que obierit &
postea aliam duxerit nō est irregularis. quia nō
fuit bigamus post baptismū. Sic tamē nō adhe-
remus hieronimo sed augustinō qui dicit cōtra
riū super epistolam ad titum. Et si enī baptis-
mus tollat peccatum & penam pro peccato tibi
tam. non tamen irregularitatem. quoniam hec nō
est peccatū vel pena peccati. s; tantū tollit quā-
dam formā sacramenti ecclesiasticę ordinatōi ne-
cessariam. verbi gratia. Dicit ibi augustinus q̄ si
cut plures antiquoz patrum vxores. signauerūt
diuersas ex omnibus gentib; ecclesias futuras vni
viro subditas scilicet xp̄o. sic noster antistes. id ē
episcopus siue sacerdos euangelicus vnus vxo-
ris vir. signat vnitatem ecclesie ex omnibus gen-
tibus vni viro subditam. id est. christo. vnde si
desit alicui hec forma sacramenti non potest pro-
moueri in episcopū siue presbiterū. licet tamē nō
peccauerit in bigamia. nec baptismus eū ab hac
irregularitate absoluit. Sicut nec feminā que eti-
am cathecumina primo corrupta fuerit absoluit
baptismus vt possit inter virgines dñi consecra-
ri. Et nota q̄ etiam si vnā vxorem habuit q̄ fue-
rit bigamia reputabitur bigam;? Similiter si for-
nicata est mulier cum alio anteq̄ duceret eum in
coniugiū. vel etiam vt dicunt quidam cum ipso
Oportet em̄ q̄ virginem duxerit. aliter reputa-
bitur bigamia. & per consequēs ipse bigamus.
Vnde qd dicitur vnus vxoris virum debet intel-
ligi cum triplici exclusione sic virum vxoris tm̄
scilicet singulariter. id est. vnus non pluriū vxo-
rum. Item tm̄ vxoris non concubine. id est. q̄ fu-
erit tantū vxor eius & nunq̄ concubina. Itē vxo-
ris inq̄ tantū vni; hoīs. s. trāsitiue nō plurium.

LXII. De impedimento bigamie

Sciendum vero q̄ alia est ratio in coniu-
gio q̄ in fornicatōne. quia in pluralitate
te nuptiarum fit transitus a viro in vi-
rum. vel ab vxore in vxorem. quod non fit in plu-
ralitate fornicatōnum. Vnde cuz vna sit ecclesia
sponsa christi tanq̄ vnus viri. sacerdos vel epi-
scopus qui tipum gerit ecclesie debet esse vnus
vxoris vir. Fornicatō autē vna vel multiplex nō
impedit promotōnem. quia ibi non deperit for-
ma sacramenti. Et quia etiam ipsa ecclesia cui; ge-
rit tipum sacerdos quotidie fornicatur in mēbris
suis per peccata mortalia. licet tamen semp xp̄o
adhereat. ideo vxorem potius oportet esse virgi-
nem q̄ uirum. quia in tali matrimonio per uirū
significatur ecclesia que non semper fuit casta.
sed ab adultero. id est. dyabolo transiuit ad xp̄m.
Mulier autē tipum gerit christi qui sēper omni-
modā habuit integritatem. Sed cum ceteris acti-
bus suis gerat episcopus vel sacerdos tipum cri-
sti. Cur in matrimonio gerit tipuz ecclesie. & vx-
or tipum christi. Respondet q̄ sicut in matrimo-
nio carnali quantum ad prolem procreandā. emit-
tendam. propagandam. nutriendā. principalis per-
sona est mulier. vnde & ab ea denominatur ma-
trimonium quasi matris munium. id est. officiū.

Ita & christus in prole spirituali. Vnde nūquid
ait mulier potest obliuisci &c. Itē non ualē hec
argumentatō. baptisimus tollit omne peccatum
& sequelā peccati. ergo tollit hanc irregularita
tem que peccando contracta est quia non est cō
tracta ex peccato inquantū peccatum est. sed in
quantū est actio. Nam nichilomin⁹ contracta est
set etiam si contrahendo. cum neutra peccasset.
Sunt autem tres cause quare n̄ debet bigam⁹ p
moueri. Vna ppter irregularitatem siue defectū
sacramenti unitatis cum non sit vnus vnus ex
quo carnem suā diuisit in duas. Alia ppter p̄o
gatiuā ordinum. Tercia ppter incōtinentie p̄sū
ptōnem. Queritur autē cum consecratō episcopi
maior sit & dignior q̄ consecratō uirginum. qua
re potest consecrari in episcopū qui etiam post
uxorem habuit concubinam. Et si qua fuerit cor
rupta vel ante baptisimū vel p̄ sp̄te vel vi. cū
peccato vel sine peccato non potest inter sacras
uirgines consecrari. Ad hoc respondeo. q̄ sacra
uirgo siḡt triūphantez ecclesiā q̄ sine macula et
ruga est. Sed episcopus ecclesiam militante in q̄
sunt boni & mali. Itē si credit aliquis se contra
here cum uirgine & inuenit eā corruptā non de
bet promoueri. nam in tali casu nō excusat error
non uolentia. Item si quis post uotū castitatis
emissum professione contēpta p̄uaricet cōtra
hendo matrimoniū de facto inter bigamos iudi
catur.

LXIII.

De solenniter penitētib⁹ & curialibus non
ordinandis.

Deter illa uero que continentur in re
gula apostolica sunt & alia que simili
ter requiruntur in ordinando vel eligē
do uidelicet q̄ non sit solenniter penitens. nō cu
rialis. nō seruus. nō corpore uiciatus. nō ille
gitime natus. nō adultus in egritudine baptiza
tus. nō peregrin⁹ vel ignotus. nō minoris eta
tis vel femina. Solenniter penitens non potest
promoueri. licet enī peccatū sit deletū per peni
tentiā. remanet tamen aliqua cicatrix siue irregu
laritatis que ipsum impedit. Secunda causa est
timor labendi ex pristina consuetudine surgens.
Tercia est scandalum populi. cum talis peniten
tia non imponatur nisi pro crimine publico &
vulgarrimo quod totā cōmouerit urbē. Quar
ta quia nō haberet frontem redarguendi alios.
Dispensatur autē cum talibus in minoribus ordi
nibus. ppter necessitatem vel utilitatem ecclesie.
Ticuntur autem curiales large omnes qui quacū
q̄ conditōne sunt curie alicuius publice potesta
tis obligati. siue sint milites siue aduocati. siue
iudices. siue officiales. siue etiam histriones. Et
breuiter quodcunq̄ officiū habentes honestum
vel inhonestū. prohibentur omnes idistincte ordi
nari nisi primo sint absolui a curia. Primo quia
quidam eorum sunt uiles persone. & frequēter
contrahunt irregularitates ex officio suo. Secun
do quia molestatur ecclesia multū & incōmoda
patitur ppter tales quādo recipiuntur. Tercio
q̄ presumitur contra eos q̄ non trāseant ad ele
ricatū uoto religionis. sed ut fugiant ratiōcinia
dominoꝝ suorum. Pone aliquem mihi iuramen
to obligatū in. c. libris ad certū terminū soluen
dis vel ad scribendū librum. vel ad seruiendum
in p̄pria persona ad tempus. vel ad aliud simile

nunquid iste potest intrare monasteriū vel reci
pere ordinem. Ad hoc dicas q̄ potest intrare re
ligionem non obstante tali obligatōne aut iura
mento. dūmodo non ex leuitate vel uoluntate s̄b
trahendi debitum hoc faciat. sed caritatis seruo
re & spiritus sancti incerta inspiratōne. nec fecit
iniuriā iste creditoꝝ. Excusat enī autoritate spi
ritus sancti cui nemo potest resistere. Monasteri
um autē tenetur satisfacere de his que ipse contu
lit monasterio. Si uero nihil contulit monasterio
quia nihil habebat man⁹ ei⁹. inanis est actō quā
inopia debitoris excludit. Si tamē post ingressū
occasione eius monasterium aliqua acquirere. pu
ta per successionem hereditariā vel alio modo te
neret monasteriū inenī quātū illud esset. Poterit
etiam existens in monasterio scribere librum vel
aliud honestum opus facere ad liberandum se.
dūmodo non negligat diuinū officiū. Et deducā
tur expense ne sit onerosus monasterio. Credo
etiam q̄ potest fieri clericus quia potest cedere
bonis. Remanet tamē obligatus postea sicut an
te. & potest scribere & alia honesta facere. dū ta
men non negligat officiū ecclesie.

LXIII.

De seruis & corpore vi
ciatis.

Nullus seruus debet ordinari nisi manu
mitatur. & tunc distinguitur. aut sūt li
berū ecclesie. aut priuati. In priō cau
pnt ordinarī etiā recto iure p̄sonat⁹ quo ad hoc
ut non iniuriētur ecclesie nec accusent illaz. nec
testificentur contra illam. aliter reuocētur i ser
uitutē. In secundo casu nō p̄t promoueri nisi pri
us fuerit a domo consecutus libertatem plenif
simā. ita q̄ nō teneatur prestare patrono operas
fabriles que cōsistunt in faciēdo. nec obsequiales
que cōsistunt in non faciēdo. Sed nunquid p̄t
patronus in liberto quez petit ordinari retinere
saltem operas spirituales. puta ut in capella sua
ministret ei diuina vel similes. Ad hoc dicit ala
q̄ sic de consensu episcopi & mihi uidetur pro
babile. Et nota q̄ dñs in casibus in quibus hęc
ius reuocandi seruum ordinatum potest ita an
num tantū & nō ultra. Et cōputatur ille annus
a tempe scientie dñi. Sed quare seruus alien⁹ cō
secratus restituitur dño & nō res aliena cōsecra
ta. Respondeo quia in rebus inanimatis nō p̄pen
ditur dolus. Item quia in rebus inanimatis cōse
cratō est in superficie. & iteo non debet a manu
p̄hana tractari. sed in hoīe est anima que t̄gi
nō potest. De corpore uiciatis collige breuiter
tenorem omniū in vna regula. Quicunq̄ culpa
sua uiciatus est in corpore repellitur. qui uero si
ne culpa non repellitur nisi scandalum timeatur
ex nimia deformitate. vel periclm ex nimia debi
litate.

LXV.

De illegitimie natis & in egritudine baptiza
tis & peregrinis & ignotis.

De illegitimie natis causa prohibēōnis est
triplex scilicet dignitas clericalis. de
testatō paterni criminis. Et quia tales
filij solent esse imitatores paterni sceleris. uerū
tamen si intrant monasterium & ibi canonicē cō
uersantur. de iure cōmuni promouentur ad om
nes ordines si alias sint idonei. quia monachus
omnem maculam abstergit tamen ad prelatōem
non possunt promoueri absq̄ dispensatōne. por

ro in seculo remanentibus. episcopus potest dispensare in ordinibus. Expressum est autem iure nouo quod nec ad personatum nec ad dignitatem nec ad beneficia curarum animarum habentia potest cum talibus nisi per sedem apostolicam dispensari. Talis etiam nec presbiteratus nec canonicus potest esse de iure in ecclesia in qua pater suus est vel canonicus vel presbiteratus. Pone quod aliquis sacerdos generat filium de legitima uxore cum qua scilicet contraxerat laicus vel in minoribus ordinibus constitutus. nunc quid erit legitimus filius. Credo quod sic. quia culpa parentum non debet nocere huiusmodi filiis de legitimo matrimonio procreatis. Si autem dum sanus distulit baptizari. & postea tempore mortis constitutus in egestudie fecit se baptizari. non poterit promoueri. quia presumitur non vere penitens nisi post baptismum vita eius & fides probabiles apparuerint vel raritas clericorum exegerit. Peregrini possunt large appellari omnes qui non sunt de episcopatu ordinatis. quia nulli recipi debent ab alio episcopo ad dignitates vel ordines vel alia sacramenta. Ignoti dicuntur quorum origo. vita. & regularitas sunt ignota episcopo. non distincto an sint de eodem episcopatu an de alio. Admittuntur clerici peregrini cum quinque sigillis episcoporum si sigilla sunt ignota. aliter sufficeret sigillum episcopi sui tantum si esset notum. In hoc intelligas quod quando uolunt publice populo celebrare. alias si uellent secreto ex deuotione celebrare. sustineri possent. Quid si amisit literas. dicas. quod si probet per duos testes de ordinatione et conuersatione honesta post ordinationem & de absolutione proprii episcopi quod totum debuit in his contineri recipitur aliter non. etiam si proprio firmaret iuramento. **LXVI. De impedimentis etatis & sexus.**

Quoniam etate ordinandi distigue. quia autem ab infantia traditur aliquis militie clericali. aut est grandeuus quando petit ordinari. In primo casu a septimo anno usque ad duodecimum potest recipere omnes minores ordines usque ad acholitarum. a duodecimo usque ad. xxj. acholitarum & subdiaconatum. ita quod in. xxj. anno recipiat subdiaconatum. xxvi. anno diaconatum. in. xxxi. presbiteratum. postea si meruerit episcopatum. In secundo casu scilicet cum grandeuus est qui petit ordinari per septem annos potest recipere omnes ordines hoc modo. In duobus primis annis recipiat quattuor minores. in reliquis quinque annis omnes alios. dispensatiue tamen propter necessitatem posset laicus grandeuus omnes ordines recipere per annum & dimidium. monachus uero per annum. Licet autem huiusmodi etates ac temporum intersticia eliter esset seruanda. plerique tamen episcoporum in turba clericorum plusquam in sanctitate forsitan gloriantes. pueros promouere ad sacros ordines non uerentur. Hic etiam nota quod hodie tempus est in aliquibus artatum. Nam de iure communi potest quis ordinari presbiter ex quo habet. xxv. annos. quod patet ex eo quod potest quis eligi ad decanatum ad regimen ecclesie parochialis & ad alia que habent ordinem presbiteralem annexum. Est etiam firmiter tenendum quod in una die non conferantur omnes ordines minores nisi hoc obtineat de consuetudine ecclesie. Item unus ordo sacer cum minoribus. vel duo sacri

26
nullo modo conferantur eadem die uni personi. Femina non potest characterem alicuius ordinis clericali recipere impediendo sexu & constitutione ecclesie. unde nec possunt etiam abbatisse predicare nec benedicere nec excommunicare. nec absolueri. nec penitentias dare. nec officium aliquorum ordinum exercere. quantumcumque sint religiose uel docte. Licet igitur beatissima uirgo maria dignior & excellentior fuit uniuersis apostolis. non tamen illi sed istis dominus clauis regni celorum commisit. Quidam tamen mentiuntur adhuc cum cathafrigis femmam recipere characterem etiam diaconalem vel presbiteralem. Inducunt autem per se illud. xxvi. quod i. Diaconissam. & si quis rapuerit in se. sed illo c. uocant diaconissam illam. super quam forte fuit debatur aliqua benedictio. ratione cuius consequatur aliquod speciale officium. forte legendi orationem in matutinis vel aliud quod non licebat aliis monialibus. In illo autem capitulo appellatur presbitera quia erat uxor presbiteri. vel etiam uidua vel maritima. id est. de rebus ecclesie curam habens ad instar matris familias. & ita exponit concilium laodicense in sequenti capitulo.

LXVII. De ordine & tempore & forma consecrationis.

Ordines debent recipi per ordinem. secundum quod supra nominati sunt. si tamen per saltum aliquis promoueat non uno vel pluribus ordinibus pretermittis aliquos ordines superiores recipiat. recipit characterem nisi aliud impediat. tamen non debet deponi. Sed ex dispensatione episcopi imposita ei penitentia pro eo quod sic ignoranter uel negligenter medium ordinem pretermisit. ad ordinem pretermittum promoueri potest. interea a superioris ordinis executione suspensus. Quod si aliquis promouetur in episcopum pretermittendo aliquo alio ordine a sacerdotali & ordinem aliquos. nunquid conferat ordines. Potest dici quod sic. & ita sentiunt fere omnes excepto illo ordine quem non accepit. que quia non habet. dare non potest. Ordo sacerdotalis & omnes inferiores possunt conferri tantum in sex temporibus anni. scilicet in sabbatis ieiuniorum quattuor temporum. & in sabbato quod precedit dominicam de passione. et in sabbato sancto pasche. Fallit hoc in duobus casibus. Unus est quod papa potest conferre ordinem subdiaconalem in diebus dominicis vel alijs precipuis festiuitatibus. Alius est quia quilibet episcopus potest conferre alios minores ordines. unum uel delictum aut duos in diebus dominicis vel alijs precipuis festis. Sed ordinem subdiaconalem nunquam nisi in temporibus sex predictis. Dicunt etiam quidam quibus assentio omnes ordines in sabbato conferendos. & etiam in mane diei dominice posse conferri. continuato ieiunio tam ab ordinato re quam ab ordinando. Et secundum istos mane diei dominice sequentis trahitur ad uesperam sabbati precedentis. Et ita siue conferantur in uespera sabbati siue in mane diei dominice sequentis. sepeperfectione canonica iure in sabbato conferuntur. ordo uero episcopalis debet conferri semper die dominica & hora tertia. Item potest clericus in episcopum electus ordinari in presbiterum in die sabbati & in sequenti die dominica consecrari in episcopum. licet non possit fieri de alijs ordinibus. Nam qui recepit unum ordinem in sabbato. non potest recipere alium in dominica

quia intelligerentur esse collati in vna die. qd
omnino prohibetur. De forma consecratiois
nota qd si aliquo tale de quo dubitatur vtz sit
de substantia fuerit obmissu potest ordinatio ite
rari. non em intelligitur iteratum quod nescitur
esse factum. Si autem fuerit obmissum id d quo
est expressum qd non est de substantia. non debet
ordinatio iterari. sed quod obmissu est caute sup
pleri. statuto tēpore ad huiusmodi ordines confe
rendos. Est autē expressum in iure quedam nō
esse de substantia. scilicet tempus. etatem. vncō
onem. Item qd ordinatio a proprio episcopo re
cipiat ordines. vel qd recipiat ordines singulos
seruatis debitis intersticijs & non simul non est
de substantia. Sunt & alia de quibus nescit vtz
sint de substantia vel non. vt missa. & qd sint iei
uni tam ordinans qd ordinandus. & similia. que
omnia intelligas esse d substantia. nisi expressu
inueniretur contrarium. Item si episcopus ordi
nans non suum subditum ponit spem in ratifica
tione illius cuius subditum ordinat poterit epi
scopus prius confirmare qd factu est

LXVIII. De sacramēto cōiugij.

Matrimonium est legitima coniunctio
maris & femine. indiuiduam vite con
suetudine; retinens. id est retinendam
quantum est in se exigens. Hoc autem dico. qz
contumelia creatoris soluit matrimoniu infideli
um quonia non est ratum. Dicitur autē hoc ppe
matrimonium spirituale. quia ante carnalem cop
ulam licet alteri ad religionem transire. Finalis
causa matrimonij est ples. Similiter autē & for
nicationis euitatio. Et ante culpam quide istitu
tu ē tm ad officiu pzelis procreande. post vō ad
officium & remedium. Rationes autē finales ma
trimonij sunt caritatis dilatatō. inimicō; recō
ciliatō bello; in sedatō. Cause materiales sunt
legitime persone. Formales sunt solennitates q
adhibentur matrimonio. Efficiens autē est cōse
sus per verba d pzelis in copulam coniugalem.
hec autem comprehendit cohabitatiōnem. carnalē
copulam. mutuū obsequiu; mutuā potestate;
corporis quā habet alter in alterum. & ecuerso
Beata virgo consensit in coniugalem copulam
i vli. Et nota qd matrimoniu an carnalem copulā
signat coniunctiōem xpi ad fidelem animā q est
sepabilis. Post vero significat vniōnem filij dei
ad humanam naturā que est insolubilis. Et id
matrimoniu consummatu; per carnalem copu
lā insolubile ē. an vō solubile ē. qz spūale tm vū
dissoluitur per mortem spirituale; cu; alter iterat
religione;. Post vero quia consummatum est &
corporale. non dissoluitur nisi per mortē corpale
& temporalem. preterea vbi est consensus p ver
ba d futuro & sequitur carnalis copula. ecclesia
reputat matrimoniu; cōsummatu;. Dum enī co
eunt ipsi interpretantur illud esse tēpus p quo
vt videtur erant verba de futuro. vnd verba de
presenti per equipollentiam ibi sunt. Fallit autē
ibi quandoqz ecclesia. vt quando nunqz consen
tiunt d presenti. Dicitur autē matrimoniu; qua
si maris muniu;. id est officium. quonia eius effi
ciu; prius apparet in matrimonio qd officiu; vi
ri. Contrahitur autē solo consensu. qui solus si
defuerit. cetera etiā cum ipso coitu celebrata fru
strantur. Ex quo enī; vir consensit d presenti in

mulierem maritali affectu. & mulier in virum si
ue verbis vel etiam signis exprimat cōsensu
statu; matrimoniu est. Signis ideo dico. quia su
tus & mutus possunt matrimoniu contrahere.
Verūtam si loqui possūt cōtrahentes necessaria
sunt verba quantum ad ecclesiaz mutuū cōsensu;
exprimētia. & hoc cōsensu oportet eos cohabitare
& indiuidua; vite consuetudinē obseruare.
hoc sacramentum verbis ade ore pphetico prola
tis institutu;. primo ad officiu; fuit cum dixit.
hoc nunc es ex ossibus meis. & caro d carne mea
post peccatū vero & extra paradysum fuit insti
tum ad remediū; vt carnis vitū; cohiberet.

**LXIX. Qd vnica vnus debet esse de
iure naturali.**

Sciendū qd vnica esse vnus d iure na
turali est. s; pro tempis exigētia dñs
dispēfauit cum patribus. qz pauci erāt
dei cultores. Et quia modrate & spe prolis appe
tebant antiqui patres coitu;. ppter has causas
& alias fuit dispensatum cu; illis. vnd quando
mos erat peccatu; non erat. non ppter mores; s;
ppter dispensatiōem. Cum lamech autē; qui iro
duxit bigamiam ex libidine non fuit dispensatu;
habere quid plures. sicut occidere non secūm se
s; in se malū est. vnd ex causa fit meritoriu;. No
tandū; vero qd ius naturale dicitur qd in omib;
est. scilicet in concordia omniū; rerum. Item dicit
ius naturale quod natura omnia animalia docuit.
Itē dicitur ius naturale qd dicitur natural' ratō
Et d isto iure est matrimoniu;. Coniunctō tamen
maris & femine est d iure naturali scō mō dō
S; fidelitas quam debet vir vxori est de vltimo
modo dicto. & vnam esse vnus. Et istud dei di
spensatiōne recipit. S; & si ppter cultum dei au
gendum potest cum viris dispensari. nunqz &
cum mulieribus. Respondo non est simile. quia
vir est caput mulieris. preterea magis pacifice
potest dominari vnus pluribus. qd due vni. pre
terea plus potest vnus secundare qd due vt tres
patere. preterea vnus verus sponsus est sancta
rum animarum. Vnd vnum habere plures non in
terem facramentum quod facit plures habere
vnam. Itaqz fornicatō est cōtra ius naturale spe
ciale. id est. contra ius quod ratō natural' dicitur
Coniunctō autē maris & femine est a natura cō
muni animalium. non a naturali ratōe.

**LXX. De sponsalibus. qualiter contra
hantur.**

Spōsalia sunt futurarum nuptiaru; p
missio. a spondendo id est pmiten
do dicta. Contrahuntur autem quat
tuor modis. Aliquando nuda promissione. aliqñ
datis arris sponsalicijs. aliquando interueniente
anuli subarctōne. aliquando interueniente iura
mēto. nuda promissione per verba d futuro. Si
vero per verba temporis presentis contrahūtur
vere est matrimonium. ita qd etiam si eam carna
liter non cognoscat. nō licet alicui eorum aliq nu
bere. Et si nupsit qñis secundaz carnaliter co
gnoscat est sepezanus ab ea & cōpellendus re
dire ad primam. Item contrahuntur datis arris
sponsalicijs. scilicet aliqua pecunia vel alijs reb;
Possunt autem contrahi post septenniū. quoni
am tunc dicuntur habere discretōnem tam pueri
q puelle. & extunc placere eis p̄suef̄t spōsalia

Sed licet ante septennium contrahantur vel in cunabulis si cum venerint ad septennium incipiatis placere extunc valent. & quis sponsus eam non cognoscat carnaliter cum consanguinea eius non poterit habere in uxorem. nec e converso. Etas ad contrahendum matrimonium apta est in puella duodecim annorum. in puero. xiiij. licet autem sponsalia possint contrahi sub conditione promissae pecunie non tamen in modo pene potest pecunia promitti. Et si promissa fuerit non tenet promissio pene. nec poterit peti. Ut si ita dicatur. si tecum non contraxero dabo tibi centum marcas. Nuda adiectio pene non valet. cum libera debeant esse coniugia.

LXXI. De casibus in quibus sponsalia solvantur.

Sponsalia semel contracta sepe tenent & ligant. nisi quia solvantur in octo casibus. Primus est si alter sponsorum transeat ad religionem. Quod potest facere etiam altero invito ante carnalem copulam. Et ille qui remanet in seculo absoluitur a vinculo sponsalium etiam si fuerint sponsalia de presenti. Secundus est quando sponsus non invenitur. quia transfert se ad aliam regionem. recepta tamen de perituro de promissione non servata penitentia. si per eam steterit quo minus matrimonium fuerit consummatum. Tertius est si alter sponsorum incurrit lepra vel paralysim. aut oculos aut nasum amiserit. vel quod ei turpius evenierit. Quartus si superveniat affinitas. puta quia sponsus cognovit consanguineam sponse. vel e converso. Et ad hoc sufficit probare solam famam. Quintus si mutuo se absolvent quidam tamen casum istum non recipiunt. Sextus est si alter eorum fuerit fornicatus. Septimus quando sponsa cum alio contrahit. vel sponsus cum alia & sequitur carnalis copula. Tertius autem agere penitentiam de fide vel promissione merita. Sed quid si cum prima contraxerit sponsalia de futuro simplicitate cum secunda sponsalia similiter de futuro sed interposito iuramento. credo quod debet redire ad primam & agere penitentiam de perituro quod commisit iurando illicitum. Iuramentum vero non potest esse vinculum iniquitatis. Octavus casus est quando minor venit ad etatem adultam & petit absolvi a vinculo sponsalium. & dare sibi licentiam nubendi alij. Et nota quod omnes isti casus preter primum scilicet quando vult transire ad religionem. intelligendi sunt tantum de sponsalibus de futuro. quoniam tunc vere & pure dicuntur sponsalia. Item in duobus casibus de predictis ipso iure solvantur sponsalia. scilicet quando alter intrat religionem. & quando contrahit matrimonium cum altero vel eum altera. In ceteris vero casibus solvenda sunt per iudicium ecclesie.

LXXII. De triplici bono coniugii.

Dicit autem Augustinus quod tria sunt bona matrimonii. scilicet fides. proles. & sacramentum. Fides id est fidelitas. que duplex est. Una ut neuter transeat ad alia vota vel alij commisceatur. Secunda est ut reddant sibi invicem debitum. Bonum autem proles est. ut ipsa proles religiose educetur ad cultum dei. in matrimonio enim gentilius est proles. sed non bonum proles. Tertium bonum est sacramentum supra expressum quod scilicet excusat a culpa coitus. Sciendum tamen quod quattuor de causis finalibus cognoscatur

uxor. scilicet causa proles. vel reddendi debiti. vel vitande incontinentie. vel libidinis expellendo. tribus primis modis potest esse meritorium uxorem cognoscere & sine omni peccato. Quarto modo peccatum est veniale si conjugali eorum affectu cognoscat. nec eam cognosceret nisi sua esset. Si autem contingit ex tam ferventi libidine quod etiam si sua non esset tamen eam cognosceret. mortale est. Vehemens enim amator uxoris adulter est. si cur autem cum predicatore apostolorum etiam meritoria erat pulvis inanis glorie & erat veniale. sic enim cum vir sanctus meritorie cognoscit uxorem & ei placet delectatio. peccatum veniale est & cum opere meritorio. si vero displicet sine omni peccato est. Debet tamen lauari ut intret ecclesiam. quia bonarum mentium est ibi culpam deesse. Illud autem Grego. concubitus conjugalis non potest fieri sine culpa. sic exponitur. id est. vix potest. Non est autem in omni coitu conjugali libido. quia libido est voluntarius appetitus delectandi. Et licet delectatio moveat ad illicitum. non tamen ad illicitum sensualitatis sed rationis. cui quia ea refutat non est peccatum. preterea illa delectatio que caret modo & ordine malum quidem est sed non culpe immo pene. pena enim est ratio quod non obediens suum inferius. Item si aliqua ante carnalem copulam vouet quod intrabit claustrum cum teneatur non coire. in huiusmodi non videtur bonum proles. Contra bonum proles est de essentia matrimonii. quia ad hoc est institutum. ergo sine hoc non est matrimonium. Item ibi non est fides thori. nos autem dicimus quod ibi sunt omnia bona matrimonii secundum exigentiam matrimonii. Unde hec tenetur reddere debitum non absolute. sed salvo iure superioris. Ideoque non est perplexa si vir petat debitum quia debet adherere mandato superioris cui tenetur absolute. Si autem per violentiam corumpatur iam non potest intrare religionem nisi de consensu mariti. licet nec consecrari potest. Et licet prius debeatur ei aureola & post nuptiam non puniatur in hoc in quo non deliquit. quoniam aureola non est pars premij. Nota quod bonum proles non dicitur ipsa proles que quandoque queritur propter hereditariam successionem. sed spes vel desiderium quo proles ad hoc queritur ut de religione informetur. Unde multi habent plerum qui non habent bonum proles. Nec ideo tamen definit esse coniugium. Itaque duo prima bona quandoque comitantur matrimonium quandoque non. Tertium vero inseparabiliter adheret quod diu durat matrimonium.

LXXIII. De his qui contrahere possunt & de effectu coniugii sive matrimonii.

Potest autem contrahere matrimonium omnis homo qui consentire potest in conjugalem affectum & carnalem copulam. nisi expresse prohibeatur. Hoc ideo dixi quod ille qui caret utroque testiculo consentire non potest. Similiter furiosus quod diu est in furore constitutus. nam si habet dilucta interualla & aliquando redit ad sanam mentem nubere potest & testari & omnia que alij possunt. Sed & inter absentes potest per procuratores contrahi matrimonium. Effectus matrimonii est. quod ex quo semel est inter aliquos nunquam definit esse etiam si alter coniugum fiat hereticus. nec potest alter

alterum dimittere nisi causa fornicationis. sed si tunc dimittat maneat sine coniuge vel reconcilietur. Item alius effectus est quia mulier sui corporis potestatem non habet. sed vir. & econuerso. Vnde postquam est inter illos secuta carnalis copula. nec religionem potest alter eligere altero iuicio. nec continentiam profiteri. Est & alius effectus. quia compellendus est vir reddere debitum uxori licet nunquam cognouerit eam. & econuerso. non obstante affinitate inique superueniente.

LXXIII. De specie coniugij

Matrimonium aliud legitimum est. aliud clandestinum. Legitimum est quando ab his qui in feminam potestatem habere videntur uxor petitur & a parentibus sponsa. legibus dotatur. a sacerdotibus ut mos est benedicatur. & a paranymphis custoditur ac solenniter accipitur. Si aliter presumitur. non coniugium sed adulterium vel fornicatio dicitur. & tunc dicitur clandestinum. Non tamen intelligas quod non possit sine solennitatibus huiusmodi verum esse matrimonium. sed loquitur canon secundum illud quod ecclesia presumit. eo quod probari non potest. Vel dicitur quod in hoc sacramento sicut in alijs quedam sunt pertinentia ad substantiam. ut consensus de presenti qui solus sufficit. quedam vero ad decorem & honestatem. ut solennitates predictae sine quibus verum est coniugium & legitimum quantum ad virtutes sed non quantum ad honestatem. unde consulendum est talibus in foro penitentiae. ut de nouo consentiant vel recognoscant. & approbent publice in facie ecclesiae quod occulte fecerunt. & faciant penitentiam quia scandalizauerunt ecclesiam & exposuerunt se magno periculo. Possent enim alter alterum dimittere quando uellet. & de facto cum alio contrahere. & sic in adulterio propter defectum probationis impune quantum ad ecclesiam militantem manere. Item matrimonium dicitur initiatum per consensum de presenti. perfectum autem siue consummatum per carnis copulam. Inter beatam virginem & ioseph fuit uerum matrimonium. quia secundum augustinum proposuit se perseveraturam uirginem nisi deus alter ei reuelaret. Committens ergo uirginitatem suam diuine dispositioni. consensit in carnalem copulam non illam appetendo. sed illam diuine inspirationi in ueroque obediendo. Postea simul cum uiro labijs uotum expressit. & uterque in uirginitate permansit. Fuit etiam perfectum illud coniugium propter triplex bonum. Vnde augustinus. Prolem cognoscimus ipsum dominum. sic est quia nullum adulterium. Sacramentum. quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit. quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis. que accidit ex peccato sine qua concipi uoluit qui futurus erat sine peccato. Quidam etiam dicunt matrimonium initiatum per sponsalia de futuro. ratum per consensum de presenti. consummatum per carnis copulam. Item matrimonium aliud legitimum & non ratum. aliud ratum & non legitimum. Legitimum est quod legali institutione & prouincie moribus non contra iussione in domini contrahitur. Et hoc etiam inter istos deos inter quos non est matrimonium ratum.

quia sine fide sit. Et sic intelligitur quod ait augustinus. non est ratum coniugium quod sine deo est. Ratum & non legitimum est quod inter fideles legitimas tamen personas sed sine legitima solennitate contrahitur hoc est ratum. quia indissolubile. Legitimum autem & ratum est inter fideles si tamen sic debita solennitate contractum.

LXXV. De his que impediunt matrimonium & dirimunt. & primo de errore persone.

Duodecim tamen sunt impedimenta que impediunt matrimonium contrahendum. & dirimunt iam contractum. si tamen precedunt matrimonium quoniam consensus conjugalem excludunt. Si uero sequantur non dirimunt. Hec autem his quattuor versiculis continentur. Error. conditio. uotum. cognatio. crimen. Cultus. disparitas. ius. ordo. ligamen. honestas. Si sis affinis. si forte coire nequibus. Hec socianda uerant connubia iuncta retractant. Preter ista uero duodecim que impediunt matrimonium & dirimunt. alia duo sunt que impediunt contrahendum sed non dirimunt contractum scilicet tempus feriarum interdictum ecclesie. unde uersus. Ecclesie ueritum nec non tempus feriarum. Impediunt fieri permittunt facta teneri. Error persone ex sui natura non ex constitutione ecclesie sicut plerumque matrimoniale consensus excludit. quoniam qui errat non consentit. & errantis uoluntas nulla est. Sed ad hoc quod errat aliquis uel aliqua consentiendo in unum quem putat alteram. necessarium est quod per uisum uel auditum uel famam habeat aliquam noticiam illius absentis persone quam credit istam presentem. quia in penitus ignotum nec affectus nec consensus dirigere possumus. Itaque non consentit in presentem. sed in illam quam presentem esse putat. & sic non est matrimonium quia in persona erratur. Si uero nullam noticiam habeat mulier de persona absente non errat in ea sed decipitur. uerbi gratia. Si aliquis anglicus ueniat ad nobilem mulierem dicens se filium regis anglicie cuius noticiam nullam habeat & contrahit illa cum eo credens eum esse filium regis non impeditur matrimonium quia non fuit error persone sed potius qualitate que non impedit sicut nec error fortune. Siquidem una persona melius seruat bonum matrimonij quod est fides quam alia. Sed quod pulchra melius seruet quam turpis. uel diues quam pauper. rarissime contingit. Preterea ubi est error persone non est consensus nisi sub conditione. unde nec fuit matrimonium inter iacob & iacob in primo concubitu nec fuit peccatum. quia ignorantia facti excusat peccatum in toto. nec etiam peccauit iacob. quoniam instinctu spiritus sancti sic primo tracta est. Et nota quod licet error persone non impediatur benedictionem ut patet in benedictione iacob. tamen impedit matrimonium quia proprie benedixit deus qui non errat. Vnde scriptum est. Inuocabunt nomen meum super filios israel. & ego benedicam eis. Matrimonium autem opus hominis est.

LXXVI. De impedimento conditionis.

Impedimentum autem conditionis inductum est ab ecclesia in fauorem

libertatis d quo breuiter sciendum q si libera mu-
 lier contrahit cum seruo. vl liber cum ancilla sci-
 enter tenet matrimoniū. Si vero ignoranter nul-
 lum est matrimonium. nisi postq cognouit eius
 conditōem consensit in eam verbo vel facto scī-
 licet per carnalem copulam. Item nota q error
 deterioris conditōis seruilis scilicet impedit ma-
 trimonium contrahendum et dirimit contractū
 sicut iam dictum est. sed non error paris vl meli-
 oris. Nam quia non decipitur non habet quod
 obijciat. Item alia ratōne quia edictum tale est
 prohibitōrium. hoc est quicunq non prohibet
 admittitur. Quid si dominis contradicentibus
 & iniuris inter seruos contracta sunt matrimo-
 nia non sunt ppter hoc dissoluenda. Debita ta-
 men & consueta seruitia non minus debent exhi-
 beri. Sed quia seruus non habet potestatem sui
 corporis. ideo seruitus impedit matrimoniū qz
 sine voluntate domini non potest transferre do-
 minium sui corporis in mulierem. Circa conditō-
 nes autem que apponuntur in desponsationibus
 est distinguendum. quoniam aut conditō est ho-
 nestā. aut necessaria. aut voluntaria. Si vero est
 turpis siue inhonesta. aut est contra substantiaz
 siue naturam matrimoniij aut non. Conditō ho-
 nestā & necessaria est que si non apponatur nic-
 hil agitur. vt quando fidelis cum infideli contra-
 hit ea conditōne vt conuertatur ad fidem. hone-
 sta & voluntaria est que honeste potest apponi
 vt contraham tecum si pater meus voluerit. vel
 si dederis michi centum libras hoc si apponatur
 suspendit sponsalia vsqz ad euentum conditōis
 etiam si interueniat inramentum. nisi interim cō-
 sensus de presentē vel carnalis copula fuerit sub-
 secuta. quoniam tūc dicitur esse verum matrimo-
 nium inter eos. eo q videntur a conditōne appo-
 sita recessisse. Conditō inhonesta contra naturā
 seu substantiam matrimoniij est cum dicitur. con-
 traham tecum si generatōnem prolis euites. vel
 donec inueniam aliam honore vel facultatibz di-
 gniozem. aut si pro questu adulterandam te tra-
 das. hoc si apponatur nihil agitur. Inhonesta cō-
 ditō non contra naturam matrimoniij est cum di-
 cit. Contraham tecum si furtum feceris. vel si ho-
 minem interfeceris. hoc si apponatur infringen-
 da est vel pro non adiecta habenda est. & tenet
 sponsalia siue matrimoniū.

LXXVII.

De impedimento

voti.

Votum est alicuius boni cum delibera-
 tōne facta promissio. Vel sic. *Votum*
 est conceptō boni propositi cum deli-
 beratōne firmata qua quis ad aliquid faciendū
 se deo obligat. Et licet diuersa sint vota scdm
 diuersitatem eorum que vouentur. *Votum* tamē
 continentie impedit matrimoniū sed nō dirimit
 Quis autem vouere possit. sciendum q quilibet
 sane mentis nisi expresse prohibeatur. quoniam
 votum lege spiritus sancti inspiratur. Prohiben-
 tur autem coniuges votum continentiemittere
 nisi pari consensu. Et si aliter vouit sine consensu
 alterius vel etiam intrat monasterium. reuocari
 potest ab altero coniuge. quod locum habet p
 carnalem copulam. Nam ante licet sit matrimo-
 nium per verba. etiam de presentē inter eos
 contractum potest alter ab altero inuito & reni-

tente intrare religionem. & alter remanens i se-
 culo contrahere. Item seruus inuito domino vo-
 uere non potest nec monasticam vitam eligere.
 Item pueri siue puellae si votum emiserint ante
 tempus pubertatis. quod est in puero. xiiij. ano-
 rum. in puella duodecim. pater & tutor reuoca-
 re possunt sine peccato. Alioquin si non reuoca-
 uerint cum ad legitimam etatem peruenerint.
 post firmum manebit & ratum. *Votum* sim-
 plex est quod simpliciter emittitur. professio ve-
 ra vel presumptra monachatus votū facit solen-
 ne. Item solēniatur per sacri ordinis susceptiōz
 Simplex votum impedit matrimoniū contra-
 hendum tantum. votum vero solenne impedit
 contrahendum & dirimit iam contractū.

LXXVIII.

De cognatōne car-

nali.

Cognatō triplex est carnalis scilicet &
 spiritualis ac legalis. Carnalis alias du-
 as precedit naturaliter. & consanguini-
 tatis appellatur. Consanguinitas est vinculum
 personarum ab eodem stipite descendentiū car-
 nali propagatōne contractum. Stipitem dico il-
 lam personam a qua aliqui duxerunt originem.
 sicut adam fuit stipites chaīm & abel & aliorum
 qui ab eis processerunt. *Linea* est ordinata colle-
 ctō personarum consanguinitate coniunctarum
 ab eodem stipite descendentiū diuersos gra-
 dus continens. *Linee* sunt tres. vna ascenden-
 tium. *Secunda* descendentiū. *Tercia* transuer-
 salium seu a latere venientiū. *Prima* est ascenden-
 tium a quibus originem traximus. sicut pater. ma-
 ter. auus. auia. proauus. proauia. abauus. abauia.
Secunda descendentiū qui duxerunt originem
 a nobis. sicut filius. filia. nepos. neptis. prone-
 pos. proneptis. abnepos. abneptis. *Alia* est
 transuersalium seu a latere venientiū a quibus
 non duximus originem nec ipsa nobis. vt frater
 soror. filij duorum fratru qui dicuntur patruales
 vel duarū sororū qui dicuntur consobrini. & eorū dē
 filij & neptes. *Due* linee descendentes vnā faciūt
 trāuersalē. vt apparet in hoc exēplo. Filij duorū
 fratru attinēt sibi linea trāuersali. & quilibet eo-
 rum recta linea descendit ad auctorem eorū communi.
Scdm leges aut quilibet persona facit gradum.
 sed scdm canones. qui sūt in secūdo scdm leges. filij
 duorū fratru in secūdo qui sūt scdm leges. filij
 duorū fratru in secūdo qui sūt scdm leges. in q̄r-
 to. & sic d̄ singulis sufficiat hec diffinitō. *Gradus*
 est habitudo distātiū psonarū q̄ cognoscit quota
 gnatio distātia due psonae inter se differūt. ḡdus
 ita opunt. In linea ascendenti pater & mater sūt
 i p̄mo ḡdu. auus & auia i secūdo. pater & mater
 i tercio. abauus & abauia i q̄rto. In descendenti vero
 hoc mō cōputatur. filij & filia sūt i p̄mo gradu
 filij duorū fratru i secūdo. nepotes eorū i tercio
 proneptes i q̄rto. vltra quē ḡdus nulla hodie con-
 sanguinitas est sic nec ultra septimū olī ḡdus p̄gredi
 ebat vtz si aliq̄ p̄sōe attinēt sibi i vna pte i secūdo
 vl i tercio ḡdu. In alia vō i q̄nto poterūt contrahere
 qz sp̄ stādū ē remocōri p̄sōe i consanguinitate. i hoc
 eī cāu reōtioz p̄sōa ext̄ metā consanguinitatis existit
 vñ iā nō attinet illi. Deniqz regulari sp̄ debet iu-
 dicari pro matrimonio. nisi contra matrimoniū
 ius inueniatur expressum.

LXXIX De cognatione spirituali.

Cognatio spiritualis est p[ro]p[ri]etas p[ro]ueniens ex sacramenti datione vel ad id tentone. ut ecce baptizat sacerdos puerum. tu eum suscipis. uterq[ue] vest[er] est eius pater sp[irit]ualis. Species cognationis sp[irit]ualis sunt tres. Vna dicitur compaternitas que attendit inter patrem sp[irit]uale[m] pueri & carnalem. Alia dicitur paternitas que est inter illum qui suscipit & eum qui suscipit. Tercia fraternitas que est inter filium tuum sp[irit]uale[m] & filios tuos carnales. Due sunt species copaternitatis. Vna directa scilicet cum ego suscipio de sacro fonte filium berbe vel ipsa mea. & ista nunquam potero in uxorem habere. Alia indirecta quando scilicet vnus coniugum postquam sunt vna caro effecti filium aliorum suscipit. In hoc enim casu ambo p[ro]ntes infantis compatres efficiuntur etiam alteri coniugum qui non suscipit. quoniam am[ut]u[m] communicant sibi coniuges actiones. tam directa copaternitas quam indirecta matrimonium impedit contrahendum & dirimit iam contractum. Solet autem queri an aliquis duas omatres possit habere in uxores vnam post aliam. Sed refert utrum omaternitas p[re]cedat matrimonium vel sequatur. Si p[re]cedit matrimonium vel saltem carnale copula licite potest. quia p[ro] vnione carnis sequente non transit ad vnione[m] sp[irit]us p[re]cedentem. Si vero sequitur distinguitur. Et ipsa distinctio his quattuor versiculis apprehenditur. Que mihi vel ei mea natu[m] fonte leuauit. Hec mea omat fieri non valet vxor. Si qua mea natu[m] non ex me fonte leuauit. Hanc post fata mee non in de vetaboz h[ab]ere. Nunc videndum est de paternitate que attendit inter suscipiendum & susceptum. nunquam enim potest esse matrimonium inter tales. Similiter nec laicus nec clericus in minoribus ordinibus constitutus potest matrimonium contrahere cum illa qua suis manibus baptizauit. De fraternitate sp[irit]uali sciendum est quod omnes filii duorum opatrum siue ante opaternitatem geniti sunt siue postea. p[ro]nt legitime matrimonialiter copulari. excepta illa p[er]sona qua mediante opaternitas est contracta. Nam ista p[er]sona nunquam potest copulari alicui filioz patris sui sp[irit]ualis. Queritur autem si sacerdotis filius vel alterius viri qui baptizauit puellam possit contrahere cum ea qua baptizauit pater eius. Respondeo nequaquam. imo etiam si contractum fuerit matrimonium sepandum est. De tribus etiam speciebus cognationis sp[irit]ualis dantur tres regule. Prima est quod vir & mulier sp[irit]uali p[ro]ximitate sibi coniuncti non p[ro]nt iter se contrahere. Secunda est quod copater & comater cum filiis copatris vel comatris possunt contrahere. excepta illa p[er]sona p[ro]pter quam contracta est sp[irit]ualis p[ro]ximitas. Tercia est hec. filii vel filie copatrum vel omatru[m] p[ro]nt inter se contrahere exceptis p[er]sonis illis p[ro]pter quas contracta est sp[irit]ualis p[ro]ximitas. Per tria vero sacramenta tamen cognatio sp[irit]ualis contrahitur. scilicet per catholicismum. baptismum. & confirmationem. Illa tamen que contrahitur per catholicismum a deo exilis est & iualida quod vix impedit matrimonium contrahendum. nunquam autem dirimit contractum. LXXX De cognatione legali.

Cognatio legalis est quedam p[ro]ximitas ex adoptione p[ro]ueniens. Adoptio est extranee p[er]sonae in filium vel nepotem vel deinceps legitima assumptio. Species eius sunt due. Vna dicitur arrogatio. alia simplex adoptio. Arrogatur ille qui sui iuris est. id est qui non habet patrem. vel si h[ab]et emancipatus est. & transit in p[ro]ntem arrogantis. Et illa fieri debet auctoritate principis. Adoptatur ille qui

est in p[ro]ntate sui patris. & ideo non transit in p[ro]ntem adoptantis. & hoc fit impio magistratus. Adoptare potest paterfamilias qui sui iuris est. & qui generare potest. nam qui generare non potest ut spado vel frigidus. non potest adoptare. Item nec ille qui minor est. xx. annis nisi iusta causa inueniente. Mulier vero adoptare non potest. nisi ex re scripto principis in solatium filioz amissoz ei concedatur. Potest adoptari quilibet tam masculus quam femina. dummodo sint minoris etatis patre adoptiuo. ita quod filius eius naturalis esse possit. Effectus adoptionis est. ut ille qui adoptat p[ro] omnia. quod filius habeat. ita etiam ut ab intestato succedat. Item arrogatus & eius filii vel nepotes si quos in potestate habet transeunt in potestatem arrogantis. quod non est in eo qui adoptat. Item arrogator tenetur relinquere filio arrogato quartam partem omnium bonorum que habet siue in testamento. siue eum velit emancipare. Sed adoptator filio adoptiuo nihil tenetur relinquere nisi velit. Species autem adoptionis sunt tres. Prima quasi descendit attendit inter me adoptorem patrem. & filiam meam vel nepotem adoptatam. Secunda quod si ex latere venientium inter filium meum naturale[m] & filiam meam adoptatam. Tercia scilicet legalis affinitas inter me & uxorem filii mei adoptiuum. similiter inter filium meum adoptiuum & uxorem meam. cognatio legalis in secunda specie impedit matrimonium quodiu sunt in eiusdem patris potestate tamen. In prima vero & tercia. omni tempore impedit indistincte. LXXXI

De impedimento criminis. **C**rimina multa sunt que impediunt matrimonium contrahendum p[ro]pter eorum enormitatem. sicut est incestus. Item qui uxorem suam interfecit. aliam accipere non debet. Item ille qui rapuit sponsam alterius. Item qui insidiando matrimonio proprium filium de sacro fonte leuauerit. ut possit priuare coniugem carnali debito & copia sui. Item ille qui interfecit presbiterum. Item solenniter penitens. Generaliter tamen si huiusmodi atrocitates sunt & timeatur de incognitione eorum. ecclesia eis concedere debet licentiam nubendi. Et quibus multa sunt crimina que impediunt matrimonium contrahendum. nulla tamen sunt que contractum dirimunt nisi tria. Primum est quod si aliquis adulterat cum aliqua coniugata. & ipse vel ipsa machinatus fuerit in mortem viri ipsius adultere. vel in mortem uxoris ipsius adulteri. cum effectu ut simul contrahant. postea contrahere non debent. sed si contraxerint sepandum sunt. Secundus casus si prestat fidem adultere quod ducet eam post mortem legitimi eius mariti. vel uxoris eius adulteri. Tercius est quando presentia liter eam ducit & cum ea contrahit. quod plus est quam fidem dare de ducendo. Itaque debent separari. quod intelligendum est cum ambo sciebant impedimentum quando sic contraxerunt. si enim alter ignoret. tunc credens illum cum quo contraxit esse solutum. possit cum isto esse post mortem legitimi. & hoc p[ro]pter bonam fidem quam habuit. Determinatum est autem iure nouo quod siue ante fidem datam. vel matrimonium de facto contractum. siue postea. legitima tamen superstitite cognouerit eam. debet omnino separari. Illis ergo qui peccant contra bonum matrimonium & non contra essentiam. potest infligi pena ne contrahant. si tamen contrahunt contractum est. Illi vero qui peccant contra essentiam matrimonium in eodem dicitur puri. Unde & iste qui sua viuente cum alia contrahit. mortua prima cogitur remanere cum secunda si ipsa velit.

Tunc em̄ primus consens⁹ habet effectū. Si vero
ip̄a non vult. non est matrimoniū. LXXXII.

De dispari cultu.

De dispari cultu distingue. q̄ aut fidelis
contrahit cum infideli iudeo sc̄z pagano
vel heretico. Aut infideles inter se. Aut
fideles. & postea labit̄ alter eoz in heresim. In p̄-
mo casu nullū est matrimoniū. Sponsalia tam̄ po-
test fidelis cum infideli cōtrahere sub conditōne
vt infidelis cōuertatur ad fidem. In secundo casu.
sc̄z cum diuges sint infideles. vtz est matrimoniū
Sed si alter cōuertat̄ ad fidem. alter vero remane-
at in iudaismo vel in gentilitatis errore. si infidelis
non vult cohabitare fideli. vel si vult cohabitare.
non tamē sine iniuria & blaffemia nom̄is christi.
vel vt eum p̄trahat ad infidelitatē vel ad aliū mor-
tale peccatū. In istis tribus casib⁹ contumelia creato-
ris soluit ius matrimoniū circa fideles. & id̄ potest
cōtrahere cum alia. Si vero infidelis vult cohabi-
tare fideli sine aliquo predictoz. fidelis si vult ei
cohabitare bene facit. quia hoc monet apostolus
ad corinthios. Si autē non vult non est opellēdus
tamē illa viuente nō poterit p̄trahere q̄diu durat
matrimoniū. Quid si iudei vel pagani cōtraxerit
cum p̄sanguineis s̄m ritus suos. nunq̄ post ouer-
siones remanebūt taliter copulati. Dicit q̄ sic. nisi
contraxerint in gradibus. diuina lege p̄hibitis
Q̄ si infidelis plures habens simul vxores ouertit̄
prima em̄ est vxor eius. Et ideo illam solam potest
retinere. Q̄ autē dicit apostol⁹ q̄ si quis frater. id
est fidelis habet vxorem in cōiugio infidelē. et hec
osentit habitare cum illo non dimittat illā. non est
p̄ceptum. sed cōsiliū s̄m glosam. Posset em̄ eam li-
cite dimittere p̄pter fornicatōnē sp̄ualez. sed apo-
stolus cōsultat non dimittere p̄pter duo. sc̄z vt per
virum fidelē mulier infidelis lucrifera. Et ne gen-
tiles p̄pter sepatōnem cōiugij doctrinaz christi ab-
horrent. Q̄ autē dicit hic. & hec osentit habita-
re cum illo. intellige cum suppletōne. id est sine in-
iuria & blaffemia christi. nec vt eum trahat ad in-
fidelitatē vel mortale peccatū. In tali em̄ casu dēt
eam dimittere & potest etiam cōtrahere cum alia.
Quia vt dicit ambrosi⁹. non debet reuerētia cōiu-
gij ei qui abhorret auctōrē coniugij. Contumelia
inquit creatoris soluit ius matrimoniū circa eum q̄
relinquit. vt non possit accusari si alij copulet̄. In
fidelis autē discedens & in deum et in matrimoniū
peccat. Itaqz non est fides cōiugij seruanda ei qui
ideo recessit ne audiret nomē christi. Si vero ambo
crediderint p̄ cognitōnem dei cōfirmat̄ coniugij
In tercio casu. sc̄z quando fideles cōtrahunt mē se
& postea alter labit̄ in heresim. vel etiam in infide-
litas errorem non potest cōtrahere qui relinquit̄
non distincto an interuenerit carnalis copula an
non. quia matrimoniū fidelij est ratuz. & id̄ nul-
lo casu supueniente potest dissolui. LXXXIII.

De metu vel coactōe.

Ubi vero metus vel coactō intercedit. nō
potest consens⁹ locū habere. & p̄ conse-
quens nec matrimoniū. Vis est maioris
rei impet⁹ qui repellit non potest. Metus est instā-
tis vel futuri picula mentis repudiatio. Coactō
seu vis alia leuis. alia violenta. Leuis non excludit
osensum matrimonialē sed violenta. sc̄z cum quis
capiē vel trahit̄ inuitus. ducit̄ vel ligat̄. Item me-
tus alius cadit in ostantem virum. alius non. ille q̄
cadit in constantē virū excusat & excludit. consen-

Plu

sum matrimoniū. vt met⁹ mortis & corpis fructa
tus. item metus stupri & seruitutis. istos quattu-
or metus duob⁹ versibus oprehendas. Excusare
metus hos posse puta quia nescis. Stupri siue sta-
tus verberis atqz necis. Item nota q̄ talis metus
caderet in vnum qui non diceret̄ cadere in alium.
quia non verisimile hominem clare dignitatis i vt
be timuisse. vel q̄ rex parui militis metū timeat.
item si ap̄tissimas p̄batōnes habeat repellit̄ p̄sum-
ptio que contra euz est. & sic iudex s̄m diueritatē
p̄sonaz & locoz iudicabit qualis sit metus. & iu-
dicabit matrimoniū aliquod vel nullū. item mulier
que stetit p̄ annū & dimidiū cum marito. vel con-
sensit in carnalē copulā non debet postea audiri.
si allegat metū vel violentiā. Clerici i quattuor mi-
noribus ordibus constituti. nisi sint i aliqua religio-
ne que continentia p̄fiteat̄. licite possunt contra-
here. si vero in sacris ordinibus. non possunt. Et si
p̄traxerit sepabunt. LXXXIII. **De liga-
tione & publica honestate.**

Quoniam vero alligat⁹ vxori potest vel po-
tuit aliam ducere. nisi cui diuina reuelatio-
ne & instinctu sp̄s sancti reuelatur. fue-
rit sicut patriarchis. Tamē si vxor credit virū mor-
tuum & contrahit cum alio. dicit q̄ q̄diu ita credit
nec ille reuertit̄ excusat̄ ab adulterio & fornicatōe
p̄pter ignorantia facti. Et filij (si quos ex secundo
concepti) iudicatur legitimi. sed statim cum reuer-
titur prim⁹. debet recedere a secundo & redire ad
primū. Q̄ si non reuertit̄. credit tamē eum viuere
non exigit debitū a marito quez accepit. sed ei exi-
genti reddat. Sed pone q̄ vir iuit in exercitū con-
tra saracenos vel in regionem longinqz & non re-
uertitur. ac nescit̄ vtz sit mortu⁹ vel viuus quid
faciet vxor. Dicit q̄ quātuncunqz iuuenula sit. con-
trahere non potest donec sit certa de morte mariti
Sed qualiter certificabit̄ Rūdeo p̄ iuramentum il-
lius sub quo militauit vel etiā socioz qui mortez
eius bñ nouerūt. Cum autē dicit apostol⁹. mortuo
viro liberata sit a lege uiri. videt̄ q̄ vxor lazari nō
tenebat̄ ei quando fuit resuscitat⁹. Sed contra ad
hebreos. xi. Acceperunt mulieres d̄ resuscitatōe mor-
tuo suos. Respondeo non tenebant̄. quia in mor-
te solutū fuit uinculū matrimoniū. Q̄ autē d̄ ac-
ceperunt d̄c. Hoc factū est de honestate non d̄ ne-
cessitate. & c̄p̄tebat iteruenire nouū cōsensum. &
sic nouum erat matrimoniū. Sed s̄m hoc uideatur
q̄ si aliquis religios⁹ q̄ fecit p̄fessionē usqz ad mor-
tem suscitaret̄. a p̄fessione solueret̄. & possz mane-
re in seculo. Contra. donum gratie dēt puocare in-
meli⁹. Rūdeo non est simile. quia uinculum mari-
monij est ad homines. sed uinculum p̄fessionis ad
deum. Est enim sp̄s creati ad increatum. Et quia
extrema indissolubilia sunt. id̄ & uinculuz id̄so-
lubile. Vnō tenetur ad istud religios⁹ q̄diu potest
Publice honestatis iusticia cōtrahitur ex desponsa-
tōne. puta si aliquis desponsauit puellā septē āno-
rum uel ultra. & licz eam non cognoscat. tamē nul-
lus de cōsanguinitate eius poterit eam habere i ux-
orem nec ip̄e aliquā ei⁹ p̄sanguineā LXXXV

De affinitate.

Affinitas est p̄ximitas p̄sonaz ex carnali
copula ueniēs omi carēs parētela. Ex co-
pula carnali id̄o dixi. quoniam tam per
fornicariā copulā q̄ p̄ legitima p̄trahitur affinitas
Ex p̄sona igitur aduata cōsanguinitati per carnis
copulam contrahitur. quia oēs mariti p̄sanguineaz

meaz sunt mihi affines in illis gradibz. in quibus
vxoꝝ eoꝝ attinent mihi Nam si qua mihi eꝛ i secũ
do gradu cõsanguinitatis. maritꝝ eius est in pꝛimo
gradu affinitatis. sic & in secundo gradu. & sic d
ceteris. quoniaꝝ gradꝝ cõputantꝛ inter affines respe
ctu cõsanguinitatis tantũ. Et quod dictũ est de ma
ritis cõsanguineaz meaz. idem p omia intelligas
de vxoribz cõsanguineoz. quia ego similiter sum
affinis eis in eisdem gradibz. Item oēs cõsanguinei
vxoris mee sunt mihi affines in eisdem gradibz i qui
bus sunt cõsanguinei vxoris. Et omnes mei cõsan
guinei simili modo sunt affines vxoris mee i eisdem
gradibz in quibus sunt mihi cõsanguinei. Habebat
aut olim pꝛhibitõnem vsqꝫ ad septimũ gradũ. ho
die vero vsqꝫ ad quartũ gradũ inclusue sicut ipa
cõsanguinitas. Nota qꝫ si psona q tibi e affinis p ap
positõnem generat filiũ de cõsanguineo tuo. filiꝝ
ille est tibi cõsanguineus & non affinis. Si vero
de extraneo nihil tibi attinebit. Per appositõnem tibi
ideo dixi. quoniaꝝ si tibi est aliquis affinis p apposi
tõnem tui. id est q tu appositꝝ sis cõsanguinitati
eius. si generat filiũ ille erit tibi affinis sicut parẽs
suis. sed in alio gradu. Item nota qꝫ licet moriaẽ
cõsanguineꝝ quo mediante cõtrahit affinitas. per
sona que supiuit re manet affinis. Item cõtrahit
affinitas vt dictũ est. non solũ p matrimoniũ. sed
etiam p fornicariũ coitũ. dum tamẽ ordie nature.
secus aut si extra ordinẽ. hoc est extra vl circa val
debitũ aliquis polluerit aliquã. quia talis pollutõ
nec facit sanguis cõmixtionẽ. nec carnis vnitate in
per qua cõtrahit affinitas. Idem credo si inua sit
claustrũ pudoris. non tamẽ puenit ad cõsummatõ
nem operis. **LXXXVI** **De impotentia
coeundi.**

Inter impedimenta matrimoniũ imposibi
litas coeundi maxim obtinet locũ. quo
niam ex sui natura potit qꝫ ex cõstitutõne
ecclesie impedit matrimoniũ. Et est viciũ animi ul
corpis vel vtriusqꝫ quo quis impedit alii carnaliẽ
cõmisceri. Spes eius sunt plures. Nam alia est na
turalis impotentia. vt frigiditas i viro. & artatio
in muliere. defectꝝ etatis in puero. Alia accidenta
lis vt castratõ. maleficiũ. Item naturalis. alia tem
poralis. alia ppetua. Temporalis que est in puero im
pedit. qꝫ qdiu inest ei non potest cõtrahere. Per
petua vero est que est in frigido. que impedit con
trahendum & dirimit iam cõtractũ. De coartatõ
ne mulieris dic. Q licet sit a natura. si tam potest
ei subueniri bñficio medicie. vel p assidũ vsum cũ
homine cõuenientis stature. non impedit matrimo
nium aliter autẽ & impedit & dirimit. De accidẽ
tali dicendũ qꝫ qui inepri sunt ad reddendũ debitũ
cõtrahere non possunt sicut nec pueri. Et si cõtra
xerint diuidendi sunt. Maleficiũ si sit tempale. nul
lum prestat impedimentũ matrimonio. Si vero p
petuum. impedit & dirimit. Frigidꝝ quidẽ nullaz
potest cognoscere nec mouet ad voluntatẽ coeũ
di. sed maleficiatꝝ potest alias cognoscere pter il
lam cum qua maleficiatꝝ est. Et ideo cum celebra
tur diuortiu ratõne frigiditatis. non datur licetia
viro qꝫ ducat aliam. & si duxerit sepãẽ fm mari
monium & restituit pꝛimũ. quoniaꝝ apparet decep
tam fuisse ecclesiã. Idẽ est si sepãẽ ppter artatõnẽ
mulieris & ipa nubit alii. Si vero ppter maleficiũ
sepãẽ. vtriqꝫ dat licetia nubendi. Si aut mulier
pclamat. & dicit qꝫ vir eam cognoscere nõ potest
& vir dicit qꝫ sic & iuramento firmaverit qꝫ eam co

gnouerit. standũ est iur amẽto viri. quia caput est
mulieris. nisi mulier ostendat se virginẽ p aspectũ
corpis. Porro deficientibz pbat õmbz si etiam am
bo cõiuges pfiterentẽ contra matrimoniũ nõ esse
ppter hoc ab ecclesia sepandum. tum quia nõ nulli
inter se contra matrimoniũ vellent colludẽ. si sue
cõfessionĩ crederet esse standũ. tum ppter fauorez
matrimonij. **LXXXVII** **De his que mati
monium impediunt. sed cõtractũ nõ dirimunt.**

Omnia vero impedimẽta supi numerata
anteqꝫ matrimoniũ cõtrahat interuenien
tia. seruatis distinctõnibus sup quolibet
impedimẽto ptractis. impediunt matrimoniũ cõtra
hendũ & dirimunt iam cõtractũ. Sed si postea
psequantẽ non impediunt nec dirimunt. Cetera vero
impediunt cõtrahendũ. sed non dirimunt iam cõtra
ctũ. que sunt tempꝝ feriaz. & interdicitũ eccle
sie. In tempe quidẽ feriaz cõtrahi possunt spẽsalia
& etiã matrimoniũ solo cõsensu. Sed traductõ vx
oris. nuptiaz solennitas. et carnalis copula pꝛhibet
tur. Tempꝝ illud taxatũ est ab aduẽtu domi vsqꝫ
ad octauas epiphaniẽ. & a. lxx. vsqꝫ ad octauas pa
sche. & tribus septimanis ante festũ beati iohãnis
baptiste. De quibz dõtermiatũ est hodie qꝫ icipiunt
tribz diebz ante ascensionẽ. & pꝛtendunt vsqꝫ ad
octauã penthecostes. Sequit de interdicitõ eccle
sie. scz quando aliquis pꝛhibet cõtrahere cũ aliqua
quia forte dicitur eius cõsanguinea vel affinis vel
sponsa alterius vel ppter aliud. Illi quozuz mati
monium interdicit. non debent contrahere. sed si
cõtrahunt. nisi aliud impedimẽtũ ppetuũ impediãt
possunt simul pmanere. & non sunt sepandi nisi ad
tempꝝ vt agant pñiam. quia mandatu ecclesie con
tempserunt. Sane vt diuersa circa matrimoniuz pe
ricula euitent. statutum fuit in concilio generali.
vt cum matrimonia fuerint cõtrahenda. in ecclesijs
p pꝛbiteres publice pponatur competentĩ termino
pꝛmito. vt infra illum qui voluerit & valuerit. le
gitimum impedimẽtum opponat. Et ipsi pꝛbiteri ni
hilominꝝ inuestigent vtrũ aliquod impedimẽtũ ob
sistat. Cum autẽ apparuerit pꝛbabilis dõectura con
tra copulã cõtrahendã. cõtractus interdicitur
expresse donec quid fieri debeat super hoc manife
stus constiterit documẽtis. **LXXXVIII.**

De diuortio.

Nec uero diuortio nec sepãto matrimoni
facienda est. nisi aliqbus agẽtibz & testi
ficantibus. Notandũ vero qꝫ si aliquis cõ
fessus fuerit in iudicio quod actor pponit. stãdum
est cõfessionĩ eius. nisi per cõfessionẽ illam fieret
pꝛiudicium matrimonio de quo agitur. vel etiam
alteri matrimonio. tictur em colludium. Si vero i
terrogatus in iure negat. quod pponitur. pbat de
bet qui pponit. Et si non pbat succumbit. Itẽ ad
õmia quis restituendꝝ est de quibz pbatũ se spo
liatum. Item si mulier dicat se habere viruz suspe
ctum qꝫ eam ledat. & verisimilẽ causã suspitõnis
ostendat. ad officiu iudicis spectat iubere cauere
sibi sufficienti cautione qꝫ maritus tractabit eam
in lecto & in mensa & in õmibus sicut vir tracta
re debet vxorem. Et qꝫ non ledat eam in persona
vel in rebus nec aliquo modo dehone stable eam.
salua tamẽ cõrectõne honesta maritali. & si muli
er non confidit de iuramento viri. cautionem debz
pꝛstare qua magis timet. scz pignozaticiaz vel fide
iussoriam sub pena pmissa. Quilibet potest accu
sare matrimonium ad plenum diuortiu celebrãdũ

qui non prohibetur. Cum autem iam usque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copule sit restricta. si quis contra prohibitionem huiusmodi presumpserit copulari nulla longinquitate defendat. annorum. cum diuturnitas temporis non minuat peccatum sed augeat. Maritus potest accusare & dimittere uxorem propter fornicationem & econverso. Ista causa extenditur ad fornicationis suspicionem violentam. verbi gratia. Si probatum est quod fuerit solus cum sola nuda cum nuda in eodem loco iacens & hora secreta. Item credo quod extenditur ad crimen sodomiticum. Intelligendum est etiam idem de spirituali fornicatione. sed propter carnalem semel commissam potest vir dimittere uxorem & uxor uirum. propter spirituales non potest si velit se corrigere. Sunt tamen quidam casus in quibus adultera non potest accusari a viro. Primus si & ipse quinceitur fornicari. Secundus si ipse presumpserit eam. Tertius cum ipsa credebat virum defunctum & nupsit alij. nam maritus rediens tenet eam recipere non obstante tali adulterio. nec steterit sciens cum secundo marito postquam primus venit. Quartus si cognita fuerit latenter ab aliquo quem credebat esse proprium uirum. Quintus est si fuerit vi oppressa. hoc autem intelligo de vi absoluta. Sextus est. quando reconciliavit eam sibi post adulterium commissum. vel eam publice adulteratorem retinet in consortio maritali. Septimus est quod si aliquis infidelis conjugem infidelis dimittat. dato sibi libello repudij. & illa nubat alij secundum ritum suum si ipse conuertatur ad fidem. & ipse tenet eam recipere non obstante quod ab alio sit cognita cui se iunxerit nisi aliter fuerit fornicata. Effectus huius accusationis est. quod si maritus probat quod intendit. vel mulier hoc confiteatur. nisi mulier replicet contra eum aliquid quem de peccatis. vii. casibus absoluit ab eius cohabitacione & a seruitute qua sibi tenebat. & habitum religionis ea inuita sumere potest. & in seculo sine ea vivere potest. sed tamen continere tenet quod diu illa uiuit. LXXXIX. De filiis legitimis & illegitimis.

Legitimus filius est. qui de legitimo matrimonio natus est. vel de eo quod in facie ecclesie legitimum reputatur. quibus in veritate matrimonium non fuerit. quando scilicet ambo coniuncti sunt. bona fide credentes se legitime copulatos dummodo alter eorum tantum hoc credat. Nam si mulier alicui coniugato nubat bona fide credens eum solutum. & ex eo filios suscipiat legitimi iudicantur & verique pater succedunt. Si quis autem clandestina vel interdicta coniugia inire presumpserit. in gradu prohibito etiam ignoranter. soboles de tali coniunctione suscepta. presus illegitima censenda est. de parentum ignorantia nullum habitura subsidium. cum illi taliter contrahendo non expresse scientie. vel saltem affectatores ignorantie videantur. pari modo presus illegitima est censenda. si ambo pateres impedimentum scientes legitimum. preter omne interdictum. etiam si in conspectu ecclesie contrahere presumpserunt. Item nota quod quadruplex est status filiorum. Alii sunt naturales & legitimi. ut sunt illi qui de uxore procreantur. Alii naturales tamen. ut filii concubine scilicet quod de soluto & soluta nascuntur que possent esse uxoris. Alii sunt legitimi tamen. ut adoptiui. Alii nec legitimi nec naturales qui spurii dicuntur ut isti qui de adulterio vel incestu nati sunt. Sequitur qualiter non legitimi legitimanent. Primus modus est per subsequens matrimonium. nam si quis habet naturales filios de aliqua & postea contrahit cum ipsa. filij iam nati legi

timant. sed si spurios habet ex ea non efficiunt legitimi. Secundus sit per specialem indulgentiam domini pape. Hi duo modi secundum canones reperiuntur. Sequuntur & alij quidam secundum leges. Unus est si pater offerat filium naturale curie impatoris & fiat curialis. Secundus si pater decedens in testamento eum nominet legitimum heredem. & ipse postea offerat principi testamentum. Tertius si nullo filio legitimo exite patreque defuncto. ipse naturalis filius se ipsum offert. Quartus si pater in publico instrumento vel cum trium testium subscriptione scripto eum nominet filium. nec adiecerit naturale. Prodest autem filios esse legitimos. quia succedunt in omnibus bonis gentium. Naturales autem filij in sexta parte hereditatis patris succedere possunt. spurij vero & qui ex damnato coitu sunt. omni presus beneficio excluduntur. Hec de sacramentis veteris ac noue legis propter illam iacobi sententiam. qua legalia reuocata sunt breuiter huius hystorie interseuimus. nunc ad ipsam hystoriam redeamus. XC. De epistola apostolorum & cronica annorum petri & pauli. Comestor.

Diacuit igitur consilium iacobi apostoli senioribus. & omni consensu elegerunt viros per quos mitterent epistolam cum paulo et barnaba. iudam scilicet & silam. Cuius descendissent antiochiam. congregata multitudinem tradiderunt eis epistolam. Et audita consulatione de iugo legis non imponendo sibi. gauisi sunt fratres de gentibus. Non est autem hic pretereundum quod de prefato ascensu suo in hierusalem per dirimenda lite preaxata. scribit apostolus ad galatas in hunc modum. Deinde post annos xiiij. scilicet a uersione mea ascendi hierusolimam cum barnaba assumpto uito. & conuensi cum eis scilicet apostolis euangelium quod predicabo in gentibus. Ex quo annorum numero colligitur. quia eodem anno quo paulus ascendit hierusolimam. scilicet xiiij. a conuersione sua. petrus ascendit romam. & eodem anno sedit in cathedra episcopali. in qua sedit. xxv. annis xiiij. uero & xxv. xxxix. reddunt. Vicesimo autem & quinto anno a promotione beati petri in sedem romanam. scilicet ultimo anno neronis passi sunt petrus & paulus. & sic xxxix. a uersione pauli. Unde colligitur paulus ad fidem conuersum eodem anno quo passus est dominus. cum preset petrus & paulus. xxx. anno a passione domini qui fuit ultimus neronis passus esse marciurum. si autem quando quod legitur paulus uersus ad fidem secundo anno a passione domini. Intelligendum est secundo emergente tamen eodem usuali. sicut alibi determinatum est. Quarto ergo anno a passione domini. scilicet quarto anno claudij ascendit petrus romam. & sedit in cathedra episcopali. x. annis sub claudio. qui regnauit. xiiij. annis. & nero post eum totidem annis. Primo quidem sedit antiochie. vij. annis in sede episcopali. quod necessario de. vij. illorum. xiiij. oportet intelligi. qui a passione domini fluxerunt usque ad eius promotionem in sedem romanam. Post septem autem annos quibus sedit in sede antiochena consilio domini de hierusolima ascendit romam. sed in ascensu transit per antiochiam. ut confirmaret subditos suos in fide. Et ut habeat in cronica substituit enodium in sede antiochena.

XCI. De hoc quod paulus petrum corripuit.

In transitu per antiochiam redargutus est a paulo petrus. quia comedens cum quibusdam fratribus de iudea timens eos molestare. discernere cibos. & ita gentes cogebat exemplo suo iudicare. Auctor. In hac autem reprehensione (secundum glossam augustini) commendat

firmitas & caritas & humilitas petri. Qui cum pri-
mus pastor ecclesie a domino institutus sit. tale in
obiurgationem a posteriore pastore. scilicet paulo
pro salute gregis libenter sustinuit. & in hoc ex-
plum posteris prebuit. Laus itaque iuste libertatis
in paulo. & sancte humilitatis in petro enituit. De
hac autem reprehensione dissentiunt augustinus & hie-
ronimus. sicut & de legalium post christum obserua-
tione. hieronimus enim dicit legalia post resurrectio-
nem christi non debuisse ab aliquo obseruari sed pe-
trum inuitum hoc fecisse ne iudeos amitteret. Nec in
hoc dicit eum peccasse. quia bona intentione hoc age-
bat. licet illi peccarent qui quasi eius exemplo iuda-
izabant. nec veram fuisse reprehensionem illam. sed si-
mulatoriam & dispensatoriam. scilicet ut per hoc sciret
gentes non esse iudicandum. videntes tantum apo-
stolum in hoc reprehendi. Augustinus autem dicit pe-
trum seruasse legalia illa non dispensatorie sed ve-
re & libere. quia tam sibi quam aliis conuersis ex iudeis
licebat ea tunc seruare. ita tamen ut spem in eis non
poneret. Distinguit enim triplicem statum legalium.
Vnum in quo fuerunt quasi viua. scilicet ante passio-
nem domini. Tunc enim omnes iudei tenebantur ea
seruare ex precepto. Secundum in quo fuerunt qua-
si mortua sed nondum sepulta. scilicet a passione do-
mini. ex quo dictum est a domino Consumatum est
usque ad fidei manifestam reuelationem. Hoc enim
tempore permittum erat ea obseruare iudeis. quia ma-
ter mortua erat cum honore ad tumulum reducenda
& sepelienda. Non tamen erant sub precepto. nec iam
aliqua veritas futura subesse credebatur. quia iam
erat exhibita. Tercium in quo fuerunt mortua & sepi-
ta. scilicet post fidem reuelatam. Extunc enim neque
precepta sunt neque permittenda. sed omnino prohibita.
ne emeris matris sepulchre de tumulo eruant quod
esset fedum & horribile. Quia ergo petrus habuit di-
scernentiam in cibis. non fecit dispensatione secundum
augustinum. quia hoc licebat ei simpliciter tunc & etiam
omnibus iudeis conuersis. Si militer illa repre-
hensio petri secundum augustinum non fuit dispensa-
toria sed vera. Peccabat enim petrus incaute vitando
minus scandalum & dimittendo maius. Et dicitur quod
peccauit venialiter. scilicet ex ignorantia. quia sim-
pliciter intentione hoc agebat. Videtur autem augustinus
verius sentire quam hieronimus ad minus de hac repre-
hensione. scilicet quod fuerit verum non simulatoria nec
dispensatoria. Hoc enim dicit textus aperte quod rep-
rehensibilis erat. & quod non recte ambulabat ad veri-
tatem euangelii. Nec credendum est hoc aliquo mo-
do apostolum mentum fuisse. maxime cum in doctrina
religionis secundum augustinum nullo modo mentum
dum sit. **XCVI De euangelio petri quod marcus
descripsit. Eusebius in historia ecclesiastica libro
secundo.**

Sicut cum romane urbi claret verbi dei lumen fuis-
set exortum. simonis magi tenebre cum suo aucto-
re restinere sunt. Sermo autem veritatis & lucis qui
per petrum predicabatur. vniuersorum mentes placido
illustrauit auditu. ita ut quotidie audientibus eum
nulla ratione fatietas fieret. Unde nec auditio eius so-
la suffecit. sed marcum discipulum eius omnibus pre-
cibus exortauerunt. ea que ille verbo predicabat. ad
perpetuam eorum comonitionem habende scripture
traderet. quo domini foris in huiusmodi verbi
meditationibus permaneret. Nec prius obsecratio de-
sistunt. quam quod orauerant impetraret. Et hec fuit causa
scribendi quod secundum marcum dicit euangelium. Pe-

trus vero ut per spiritum sanctum religiose se spolia-
tum compit. furto delectatus fidem eorum per hoc
deuotionemque considerans. factumque confirmauit.
Et imperpetuum legendam scripturam ecclesie tra-
didit. **Hieronimus in libro de illustribus viris
Assumpto itaque marcus euangelio quod ipse con-
fecerat. perrexit ad egiptum. & primus alexandrie
christum annuncians. constituit ecclesiam tate do-
ctrine & vite continetia. ut omnes sectatores christi
ad exemplum sui cogeret. Denique philo disertis-
simus iudeorum videns alexandrie primam ecclesi-
am adhuc iudicantem. quasi in laudem gentis sue
librum super eorum conuersatione scripsit. Et quo mo-
do lucas narzat hierosolime credentes omnia habu-
isse communia. sic ille quod alexandrie sub marco
fieri doctore cernebat memorie tradidit.**

**XCVII De romanis pontificibus a petro usque
ad siluestrum. Exronicis romanorum pontificum.**

Petrus igitur apostolus filius iohannis de
bethsaida galilee. post passionem domini
ante episcopatum sedit ecclesie princeps
annis quattuor. postea tenuit episcopatum antiochie
septem annis. Deinde venit romam. ibique xxv.
annis pontificatum tenuit. & papa esse sedit anno
domini. xlv. Sedit autem imperante thiberio. post
gario caligula. post claudio. post nerone sub quo
martirium passus est. Linus cepit anno domini. lxx.
sedit annis. xii. imperante gabba. post vespasiano
post tito. Cletus cepit anno domini. lxxxij. sedit
annis. xij. imperante domiciano. Clemens cepit an-
no domini. xcviij. sedit annis. ix. imperante domi-
ciano. post nerua anacletus cepit anno domini. cum se-
dit annis nouem imperante troiano. De isto tamen
eusebius inronicis. & dicit quod anacletus ipse est cle-
tus sed damasus papa in cronica romanorum ponti-
ficum quam scribit hieronimo ponit eos pro duo-
bus. Et dicit quod cletus fuit natione romanus. anacle-
tus autem grecus. Non solum autem in hoc. sed etiam
in aliis pluribus. cronica eusebii ab aliorum cron-
icis videtur dissonare. Euaristus sedit annis nouem
Alexander annis. x. Sixtus. x. Thelephorus. xi. Igi-
nus. xij. Pius. xij. Anicetus. xij. Sothe. ix. Elenus. xv.
Victor. x. Zephirinus. viii. calixtus. vi. Urbanus
xij. Pontianus. vi. Ancherus. xii. Fabianus. xij. cor-
nelius. ii. Lucius. xij. Stephanus. vii. Xipertus. ii.
Dionysius. vi. Felix. xij. Eucianus. i. Caius. xi. Mar-
cellinus. viij. Quo martirium passus inter persecuti-
ones dyocleciani & maximiani vacauit pontificatus
annis septem. Postea sedit marcellus annis quinque
eusebius septem. melchisedech quattuor. siluester. xxij.
Hic constantinum impatorem baptizauit. qui & pa-
cem ecclesie reddidit. nam antea vigente persecuti-
one pene omnes pontifices qui in sede romana pre-
fuerunt martirium subierunt. **XCVIII Catha-
logus ceterorum usque ad innocentium.**

Post beatum siluestrum sedit Marcus an-
nis duobus. Iulius. v. Liberius. vi. Felix. i.
Damasus. xvij. Siricius. xv. Anastasius. xij.
Innocentius duodecim. Zosimus. i. Bonifacius tribus
Celestinus octo. Sixtus nouem. Leo xi. hilarius vi
Simplicius. xv. Felix octo. Gelasius quattuor. Ana-
stasius vno. Simiachus. xvi. hormisdas. xviii. Iohan-
nes duobus. Agapitus mensibus. xi. Siluerius mensi-
bus quinque. Vigilius annis sex. Pelagius quattuor
Benedictus quattuor. Pellagius decem. Gregorius
dialogus. xii. Sauiianus vno. Bonifacius mensibus

octo. bonifacius annis sex. deusdedit. iij. bonifa-
 cius sex. honozius. xii. severinus. ii. bonifacius. v.
 iohannes vno. theodor. vi. martinus sex. eugenius
 tribus. vitalianus. xii. adeodatus quatuor. donus. i.
 agatus duobus. leo mensibus. x. benedictus mensibus
 decem. iohannes vno anno. conon mensibus. xi.
 sergius annis. xij. iohannes tribus. iohannes duo-
 bus. sinfuinus diebus. xxv. constantinus annis septem
 gregorius. xv. gregorius decem. zacharias decem
 stephanus quinq. paulus decem. stephanus quat-
 tuor. adrianus. xxij. leo. xx. stephanus sex. pascha-
 lis septem. eugenius tribus. leo octo. benedictus an-
 nis duobus. nicolaus. ix. adrianus quatuor. iohannes
 decem. martinus vno. adrianus vno. stephanus
 v. formosus. iij. bonifacius. xii. stephanus vno. ro-
 manus mensibus quatuor. theodor. xx. diebus
 iohannes annis duobus. benedictus. iij. leo mese. i.
 xpofozus mensibus sex. sergius annis septem. ana-
 stasius duobus. dando mensibus quatuor. iohannes
 annis. xij. leo mensibus sex. stephanus annis. xii.
 iohannes quatuor. leo tribus. stephanus tribus.
 martinus tribus. agapitus nouem. iohannes octo.
 benedictus duobus. leo vno. benedictus duobus
 iohannes. v. benedictus vno. donus defuri. i. bone-
 facius mense vno. benedictus annis octo. iohannes
 mensibus octo. iohannes annis decem. gregorius an-
 no vno. iohannes mensibus decem. siluester annis
 quatuor. iohannes qui vocatur sigo mensibus quin-
 q. iohannes qui vocatur fanassus annis quinq. ser-
 gius qui vocatur ospro annis tribus. benedictus fra-
 ter albici maioris annis. xi. iohannes frater eius nouem
 annis. benedictus qui vocatur cherophilat. xii. siluester
 fauensis epus diebus. lv. gregorius qui vocatur
 iohannes granus annis duobus. demes qui vocatur
 suggerius mensibus nouem. damasus qui vocatur po-
 po diebus. xii. leo sanctissimus qui vocatur brunus
 annis quinq. victor duobus. stephanus qui vocatur
 fredericus mensibus septem. benedictus belleonen-
 sis epus mensibus nouem. nicolaus qui vocatur gerar-
 tus annis duobus. alexander qui vocatur anselmus an-
 nis. xi. gregorius qui & hildebrandus annis. xii. vi-
 ctor qui & desiderius cassimensis abbas mensibus qua-
 tuor. urbanus secundus annis. xi. paschalis secundus
 annis nouem. gelasius secundus duobus. calixtus secundus
 quinq. honozius secundus quinq. innocenti-
 dus tribus. celestinus secundus mensibus quinq. lucius se-
 cundus mensibus decem. eugenius tercius septem.
 anastasius quartus vno. adrianus quartus sex. alex-
 ander tercius. xxii. lucius tercius quatuor. urbanus ter-
 cius vno. gregorius octauus mensibus duobus. clemens
 tercius annis duobus. celestinus tercius annis septem.
 innocenti- tercius. xi. honozius tercius. xi. gregorius
 nonus annis. xij. Post hoc dissensione facta in ec-
 clesia romana vacauit sedes annis duobus. cele-
 stinus tercius tandem electus est senex & infirmus
 sedit diebus decem & septem.

Actoz Porro innocenti quartus adhuc sedz
 in cathedra. qui iam sedit annis duobus. Nunc ad
 beati petri tempa redeam. XCV De agrip-
 pa filio herodis agrippe. & dissensioe pauli & bar-
 nabe Comestor.

Anno quo ascendit petrus ab athiopia
 romam. scilicet quarto ano claudij. erat
 quidam pcurator in iudea. volens sibi p
 violentia usurpare potestate ostituenti. summum
 pontificem & mutandi pro arbitrio suo. Videntes
 iudei q non possent ei resistere. miserunt nuncios

romam. Erat igitur agrippa filius herodis agrippe
 quem pater decedens in manu gaudi dimiserat. Iste
 audiens q ca ppli sui ageret. intercessit pro eis &
 obtinuit. & rescripsit gaudi pcuratori vt ab hmoi
 exactoe desisteret. & iudei significauerunt ei vt mit-
 teret eis agrippam. & faceret eum tanq regem &
 dominu. Ipe autem misit eum in iudea. non tam red-
 didit ei terram patris qui totum regnu auctu obei-
 nuerat. sed dedit ei galaaditide regionem. & pote-
 statem constituendi summum pontificem vel sacerdo-
 tem in hierusalem p arbitrio suo. qm negauerat pcuratori.
 Iste fuit agrippa in cuius regnum de iudea
 imminente excidio in hierusalem ab angelo pmoni-
 ti secesserunt sicut habem super matheum Sed nuc
 psequamur de paulo & barnaba qui adhuc demo-
 rabant in anthiochia euangelizantes. Post aliquot
 dies visum est eis comodum reuerti per ciuitates in
 quibus predicauerant verbum dei. & visitare fra-
 tres & confirmare in fide. barnabas quidem voluit
 habere in comitatu suo iohanne. qui cognominatur
 marcus. paulus autem noluit dicens. q in fronte aci
 ei constitutus nimis tepide steterat. & quia timore
 mortis a predicatone desisterat. quando scilicet a
 pampbila descendens reuersus est hierusalem. ideoq
 non erat assumendus ad predicatone. ne alios ma-
 lo exat assumeret. & facta est dissensio ita vt di-
 scederet abinuicem. Et excusant eos sancti. quia no
 dissenserunt odio comoti. sed a spu sancto ad hoc ex-
 citati vt diuisi in pluribus locis pdicarent. & plu-
 res lucrifacerent. barnabas autem assumpto marcho
 nauigauit cypzum. & ex eo quidam q noluit eum di-
 mittere. perperditur fuisse eius cognatus. Leguntur
 autem fuisse consobri. Paulus autem pfectus est assum-
 pro sila. & pambulabat siciliam & siriam. Postea
 venit in derben & listram. vbi erat christianus no-
 mine thimotheus filius mulieris vidue vel iudee. na-
 tus de patre gentili. cui phibebant testimoniū re-
 ligionis omnes fideles qui erant listris. Hunc con-
 stituit paulus episcopum illoz. sed circumcidit eum
 p tollendo scandalo iudeoz. ne scilicet scandalizaretur.
 q haberet epm incircumcisum. non q legalia p
 veritatem euangelii eent necessaria. paulati tam
 non subito iudeis erat tollenda. XCVI.

De punitis a quibz phibiti sunt a spu sancto
 & de helena regina.

Dostea duxit secum paulus thymotheum
 & transeuntes per ciuitates picipiebant
 obseruari decreta apostolorum & seniorum
 qui erant in hierusalem. & ecclesie confirmabantur &
 multiplicabant. Transeuntes autem frigia & gala-
 cie regionem. volentes ire in asiam minorem phibiti
 sunt a spu sancto. qui sciebat corda hominum
 qui tunc non eent credituri. Noluit ergo spu sanctus
 sanctu dare canibus & impios de cotempu
 predicatons grauius damnari. voluit etiam has
 punitas apostolis referuari. Philippus namq &
 iohannes predicauerunt in asia minori. lucas in bithi-
 nia a qua similiter a spu sancto sunt phibiti. Orige-
 nes etiam reddit terciam causam. Dicit enim quia de-
 puidens seruis alimoniaz corporalem. ab hmoi p
 uinitis discipulos phibuit ppter illam. scilicet ma-
 ximam famem in q helena sustentauit fratres pau-
 peres qui erant in hierusalem. que facta est quar-
 to anno claudij. Nec fuit hec mater constantini sed
 regina abigenoz. Cuius amore captus rex abigeo-
 rum duxit eam in vxore. & concepit ex eo. Et euz
 nocte dormiret cum ea. & posuisset manum suam

super verum pregnantis. a deo audita est vox in hunc modum. Videte ne ledatis puerum. quia magnus futurus est in mundo. Qui natus et diligenter nutritus mortuo patre adhuc puer factus est rex & commendatur in multis. quoniam audiens unum deum colit a iudeis. coluit eundem. & suscepit circumcisionem & ritus iudeorum. Huius mater helena veniens hierusalem inuenit fratres fideles media laborantes. quia erat tempus famis. Et emit granum unde quaque quia attulerat argenti copiam ad emendum & sustentauit eos. Que cum adhuc esset in iudea nunciatum est ei. quod filius eius mortuus esset. Et statim rediit & fecit extrahi cadaver filii de sepulchro. & portauit in iudeam. Et fecit non longe a hierusalem extrahi duo mansuola. In altero reposuit corpus filii et precepit ut cum mortua esset in altero corpore suo reponeretur. & sic factum est. & adhuc apparent vestigia mansuolorum. Et putant multi decepti esse mansuolum helene matris constantini. **XCVII**

De transitu pauli in macedoniam.

Dum autem pererantissimum missam. paulus & socii eius venerunt troadem. & ostensa est paulo visio per noctem. Apparuit ei ei vir macedo. id est angelus illius gentis assumptus viro macedoni proprietate lingue vel forme specialis. stans & deprecans eum dicens. Transiens in macedoniam adiuua nos. Hoc ait angelus assumptus persona macedonum. Ut autem visum vidimus statim quesimus? (ait lucas) illic proficisci. Hic enim primo ostendit lucas se comitem fuisse pauli. & forte nunc primo adhaesit ei. Nauigantes autem a troade. recto cursu venimus sotromaciam. & sequenti die philippis. que est prima ciuitas macedonie. id est venientibus a mari prima occurrit. Fuit autem ibi per dies aliquot. Et exeuntibus nobis ad orationem obuiauit quedam puella habens spiritum phitonice. que est osa dominis suis. quia multa percipiebant emolumentum ex diuinatione eius. Et hec subsecuta clamabat dicens. Isti homines serui sunt excelsi dei. qui annunciant nobis viam salutis. & sic clamabat multis diebus. forte spiritu sancto spiritu phitonice (ut per eam verum loqueretur) virgute. Conuersus autem paulus expulit eum de puella. Videntes autem hoc domini eius apprehenderunt silam & paulum. & offerentes eos magistratibus dixerunt. Isti conturbant ciuitatem nostram cum sint iudei. predicantes quandam nouam religionem. quam non licet nobis suscipere cum simus romani. Tam enim decretum erat a romanis ut nullus de nouo deo coleretur nisi approbante senatu. & cucurrit aduersus eos magistratus. scissisque eorum tunicis flagellatos miserunt in carcerem. Sed per dei providentiam liberati sunt & custodem carceris cum omni domo sua conuertunt. sicut in actibus plenius legitur. Et exeuntes transierunt per lidiam & visis fratribus consolati sunt eos. Et inde profecti venerunt thessalonicam. ibique conuersi sunt de iudeis & gentilibus. multitudo magna. zelantes autem iudei. & assumptes quosdam malos de vulgo. concitauerunt ciuitatem aduersus eos. fratres vero per noctem dimiserunt paulum & silam in beroem. & multi de beroensibus crediderunt. Audientes iudei qui erant thessalonice quod a paulo predicaretur in beroe venerunt illuc concitantes multitudinem. & statim fratres paulum dimiserunt. ut iret usque ad athenas.

XCVIII. De uersione atheniensium.

Bi disputabant cum paulo epicuri. qui ponebant

